




**Acta Concilij Tridentini, Anno M.D. XLVI celebrati : Vna? cum  
Annotationibus pijs, & lectu dignissimis : Item, Ratio, cur qui  
Confeßionem Augustanam profitentur, non esse  
assentiendum inquis Concilij Tridentini sententijs iudicarunt**

<https://hdl.handle.net/1874/430202>



# **Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell**

## **Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:**  
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:**

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection**  
**Huybert van Buchell (1513-1599)**


**More information on this collection is available at:**  
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:**


- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

H. oct.

178











H. oct.

172







N. 2. B.

118.172

ACTA  
CONCILII  
TRIDENTINI, ANNO M. D.  
XLVI celebrati:

Vnacum Annotationibus p̄ijs,  
& lectu dignissimis.

*Ex dono H. Brugghen*

I T E M,  
Ratio, cur qui Confessionem Augustanam  
profitentur, non esse assentiendum inquis  
Conciliij Tridentini sententijs iudicarunt:  
per Philippum Melanch-  
thonem.

M. D. XLVI.



பாடா  
தெவோ  
மாலை

பாடா

தெவோ

மாலை

பாடா

தெவோ

மாலை

L E C T O R I .

D

Ionylium tyrannum tan-  
ta erga suos fuisse crudeli-  
tate ferūt, ut uix quisquā  
esset in regno, qui non e-  
um extinctū optaret, pre-  
ter quandam aniculam, quę contra re-  
liquorum hominum sententiam ipsa  
quotidie in templo pro tyrannis salute,  
ut in eo quo tunc erat statu conserua-  
retur, uota faciebat. Accersitam ad se  
Dionysius interrogauit, quamobrem  
ipsa optaret eum in uita diu permane-  
re, quem reliquæ gentes iam dudum  
sublatum concupiserent? respondit  
audacter anicula: Se quidem nouisse  
eius aurum, hominē crudelem, super-  
bum, facinorosum, nulli gratum in re-  
gno, omnib. ingratissimum: nouisse  
item patrem, qui non solum in haere-  
ditatem uenit paterni regni, sed etiam  
crudelitatis & flagitorum, easc̄p disci-  
plinas à patre traditas sua depravata  
natura sic amplificauit ipse, ut impieta  
tem paternam longo intervallo supe-  
taret: Videre nunc præsentem ipsum

a a

Diony-

\*

Dionysium, qui cæteris omnibus quod  
unquam regno præfuerunt, in omni  
genere flagitorum, libidinum, crude-  
litatis atque impietatis longe anteiret. Et  
quoniam uerebatur, eo extincto uen-  
turum alium qui eum quoque uinceret  
iniquitate, malebat in eo statu, quoad  
fieri posset, conservatam esse rem pub-  
quam funditus ab eo labefactari qui  
post illum esset in administratione impe-  
rij successurus. Grauiter illa quidem,  
& fortassis uere. Sed nullo modo idem  
nobis licebit prædicare de hoc Anti-  
christo Romano, qui hodie tyranni-  
dem exercet in Ecclesia Dei, cuius fla-  
gitia omnino ad summum peruenie-  
runt, ut iam non sit quod possint amplius  
ascendere. Etenim cum septimus  
ille Clemens Romanus pontifex, pre-  
sentissima Ecclesiæ ac reipublicæ pe-  
stis dum uiueret, exemptus esset reb.  
humanis, qui meliore tunc iudicio  
prædicti erat, eam fœlicitatem reipub.  
Christianæ gratulabantur, quod tan-  
to inimico Dei & totius honestatis es-  
set liberata, quo nullus poterat orbi  
terrarum (ut tum quidem uidebatur)  
contin-

contingere perniciosior. Ac si uerum dicere fas est, erat ille quidem homo turbulentus, flagitosus, impius, blasphemus, professione Epicureus, deniq; Papa Romanus. Cæterū, si uitā, mores & ingenium eius Romani Antichristi, qui se hodie Paulū Tertium appellat, consideres, Iudum iocumq; dices fuisse illum alterum, præuthorius rabies que hactenus dedit, ac dein ceps dabit, si diutius contingat falsa imaginatione uiuentis mortui oculos hominum posse decipere. Nam ut taceam quibus flagitijs Cardinalitiam dignitatem est consequutus, ut nihil dicā de tota ipsius uita, quæ nullo non genere turpitudinis ab ineunte adolescentia usq; in hanc decrepitam ætam semper fuit, est' que nunc inquitissima: quanta quæso fraude ad istud fastigiū dignitatis Papisticæ, hoc est, ad istā uerē satanicā sedem peruenit? Mortuo Clemente ualde callide primū simulabat impium silicernium, uix præ senio posse suis pedibus cōsistere: arridebat omnibus, lædebat nemine, suamq; prorsus uoluntatem

ad nutum reliquorum accommodabat,  
qui ad eligendum nouum Antichri-  
stū erant nominati, ut istis quasi præ-  
stigijs permoueret animos Cardinali-  
um, ad eum in pontificatum cooptan-  
dum, quem iam moribundum senem  
uiderent, neq; diu in ea dignitate per-  
manere posse existimarent. Vicit tan-  
dem suo diabolico astu homines ali-  
oqui uictos tetricis libidinibus, uictos  
auaritia, & innumeris penē flagitio-  
rum formis deformatos. Vbi iam se  
Pontificem declaratum sensit, qui an-  
tea tarditatem, morbum, senium, &  
quasi formidolosum leporem simula-  
bat, exemplò tunc factus est agilis,  
ualidus, imperiosus, suamq; inaudi-  
tam ferociā cum incredibili quadam  
uaficie coniunctam illico coepit osten-  
tare. Et quoniā uidebat, se id quoduo  
lebat efficere, cōsequi nō posse, quin  
prius animos principū & reliquorum  
populorum sibi conciliaret, supersti-  
tionem sibi exercendam proposuit,  
quasi praetextum quendam & fucum  
satis idoneum ad pallianda reliqua fa-  
cina quae moliebatur, qua una false  
religio-

religionis imagine facile mentes ho-  
mīnum, qui alioqui sunt ad supersti-  
tionem natura propensi, teneri posse  
arbitrabatur. Cœpit igitur distribue-  
re indulgentias, condonationes, atq;  
ut illi uocant, tubilea: inuitare omnes  
ad obedientiā sedis Apostolice, ppo-  
sitis perbenigne istis Ecclesiæ thesau-  
ris, qui pr̄eter morem receptum gratis  
offerebant ineptis hominib. remis-  
sionem peccatorum, absolutionem  
culpæ & pœnæ, & hoc genus alia por-  
tēta in cerebro istius uaferimi latro-  
nis excogitata, ad decipiendos sensus,  
& perdendas animas hominū imperi-  
torū. Multi tunc miseri homines, qui  
adhuc erant in tenebris ignoracionis  
sepulti, capiebantur non leuiter istis  
imposturis: sed qui meliore sensu præ-  
diterant, iam tum uafriciē istius frau-  
dulentī pr̄donis & ingentia quę pau-  
lo pōst sequutura mala uidebant, cer-  
tissimis argumentis prospicere potue-  
runt. Cum enim non pauci, nec uul-  
gares homines sapienter considera-  
rent, q; alte iste uerus Antichristus  
dissimulare posset suum institutum,

suam naturam callide occultare, uoluntates hominum flectere, & per longas ambages, longa dispensia rerum summam negotiorū paulatim eō quō uolebat ipse deducere, iam tum in suspicionem certam uenerunt, istum pritam non esse hominem humanum, sed potius diabolum ipsum incarnatum, aut certe spectrum quoddam inter homines, seu foetidum cadauer, ab ipso spiritu diaboli agitatū. Id autem ut credam uerissimum esse, faciunt eius opera, quæ ab eo postea perpetrata uidimus, qualia non ab homine humano, sed ab ipso potius Satana patrata uideri possent. Duas sibi res efficiendas proposuit, easq; ut consequere tur, omni cogitatione omniq; ingenio iam inde ab initio sui pontificatus incubuit: quarum una est, augere suos opib. & dignitate: altera, extinguere doctrinam coelestem, nam ea regnante, suos, sicut optabat ipse, opibus, potentia, triumphis florere non posse existimauit. Proxima uia ad obtinendum istud animi sui propositum, supersticio uisa est, qua una, quoniam huma-

humanas metes mirifice solet demen-  
tare, coepit non minus callide quam  
diligenter multorum Principum ani-  
mos tentare, ut si fieri posset, eos ad so-  
cietatem suorum facinorum pertrahe-  
ret. Ac ut reliquos praetermittam, tan-  
tum potuit efficere per suos satellites,  
hoc est monachos, uera diaboli man-  
cipia, apud Carolū Imperatorem V.  
ut eum oculis & mente captum in su-  
as partes traduceret, ac deinde coniu-  
ratis odijis in perniciem doctrinæ cœ-  
lestis consentientibus uotis conspira-  
rent. Neutram ex eo tempore occasio-  
nem praetermisit, ut utrumq; hoc ani-  
mi sui uotum consequeretur. Nam an-  
te annos paucos, trecentis millibus co-  
ronatis à Carolo suo dilecto filio emit-  
Florentiam & Liornam, suis filijs &  
nepotibus: uerè nepotibus, quorum  
aliquos duces Parmenses, alios Ca-  
merinos, alios Cardinales creauit. Ne-  
que his contentus, in mentem quoq;  
illi uenit ducatuū ipsum Mediolanen-  
sem præsenti pecunia emere, ab eo-  
dem suo dilecto filio. Quinetiam ho-  
die clara interdum uoce iactitat se id

a 5 omni-

omnino ante mortē effecturū, quamvis alioqui semel fuerit à suo dilecto filio passus repulsam. Deniq; eas non nunquam spes in animo concipit, ingentesq; spiritus tollit, quales reliquā omnes cogitare nunquā potuerunt, qui ante ipsum diabolicam istam sedem tenuerunt. Proposuit ante paucos dies suis creaturis, se quidem iam esse senem, necq; amplius posse sufficere tantæ moli rerum gubernandæ, ac proinde orare ut aliquē ipsi collegam adiungant, uidelicet suū Alexandrū Farnesium, purpuratum puerum, qui partem istius oneris suis humeris sustineat. Honesta oratio est delirantis, uel potius superbientis latronis, qui ut sua in familia perpetua successione quasi hæreditario iure, Papatus permaneat, summa cura quod certò scio, meditatur. O dedecus ingens, atq; ignominia omnium Príncipum, ac totius orbis terrarum, qui hæc inusitata portenta diutius uolunt tolerare.

Iam uero quod attinet ad alterū suæ libidinis uotum explendum, in abolenda coelestis doctrinæ professione,  
non

non minus profectò strenuè se gessit,  
quam in suis incestis filijs & nepotib.  
promouendis. Nam cum suo dilecto  
filio Carolo fœdus percussit ad oppu-  
gnandam Germaniā, communī iure  
impieratis aduersus Deum, qua in re-  
gione puriore q̄ in cæteris regnis con-  
stat nunc esse Euangelicæ doctrinæ  
professionē. Ad perdendum igit̄ im-  
periū cuius propugnator ac defensor  
uideri uult Carolus, sicut esse debe-  
ret, ad abolendā ex animis hominum  
Christi religionem, existimarunt sibi  
non uirtute agendū esse, sed fraude,  
ui, dolo, clam, insidiosè, ac fraudulen-  
tissimis consilijs, qualia ne homines  
quidē perfidi, abieci, & inimicissimi  
auderent cogitare. Necq; enim referre  
putat, quo modo denuò crucifigi ab  
ipsis possit filius Dei in suis membris,  
modo ipsi suā insatiabilē libidinē ex-  
pleant. Vtrinq; satis diu hoc saxū est  
circuulotū: à Papa, prætextu religio-  
nis: à Carolo, fraudulentis consilijs.  
Nam circa initium istius anni Carolus  
præmisit latrunculū in Germaniā, qui  
latrocinij suis aliquam partē uasta-  
ret.

ret. Sed isticò repressus, præmium ha-  
buit dignum suis factis. Ab altero la-  
tere Papa indixit frequenter Conci-  
lium, ut reformatio Ecclesiæ institu-  
eretur, quam ipse odiit ex animo. Sed  
cum hactenus non successerit, tan-  
dem hoc anno conuentum est inter  
eos, ut eodem tempore indiceretur à  
Papa Cōcilium Tridenti, à Carolo di-  
lecto filio Comitia de more Imperij  
Ratisponæ : eo quidem consilio, ut  
quorum ad alterutrum locum cōueni-  
rent Príncipes & doctores Protestan-  
tium, fraude circumuēti compræhen-  
derentur, qua occasione existimabant  
pulchro compendio opprimere posse  
totam causam Euangeli. Nam fidem  
publicam frangere, quam ipsis iureiu-  
rando confirmatam dederūt, isti pro-  
summis delicijs habent, ut suo uoto  
potiantur. Sed hic quoq; falsi sunt opi-  
nione sua . Nam Protestantes nun-  
quam Tridentum uenire cogitarunt,  
quo in loco sancti patres istas uerbo-  
rum atq; impietatum delicias pepere-  
runt, quas in hoc libello ubi lector da-  
mus: & qui Ratispong conuenerunt,  
quoni-

quonsam facile fucum inimicorum  
Christi potuerunt intelligere, diuina  
ope fuerunt liberati, antequam à ty-  
ranno per uim & fraudem suam usita-  
tam opprimerentur. Paulo uero post  
aduenientem Ratisponam Carolum  
Illustriss. Principes Fridericus Palati-  
nus & Lantgrauius exceperunt Spiræ.  
Ibi grauiter Imperator obiurgat Lant-  
grauium quod aliquam unquam de bello  
Germaniae inferendo concepisset opi-  
nionem, affirmatque se esse patrem pa-  
triæ, qui eius dignitatem cuperet esse  
amplificatam & stabilitam. Proinde  
iubet tranquillo animo esse, & pacem  
firmam & perpetuam cogitare. Nam  
quod ad latronem illum attinet, qui pri-  
us Germaniae fines cœperat uastare,  
diserte negauit Carolus à se unquam es-  
se missum, imò etiā affirmauit ipsum  
iam habere qd probè fuerat commeri-  
tus, quodque ipsi quoque Carolo multo  
esset gratissimum. Deinde cum primū  
Ratisponā peruenit, suos legatos mi-  
lit per singulas ciuitates Germaniae,  
quibus denunciabat scriptis clemen-  
ter atque amanter litteris pacem firmam  
& per-

& perpetuā. Volebat secūros omnes  
reddere, ut postea ille de improviso im-  
paratos opprimeret. Ó fidē infractam,  
Imp. Caroli Maiestate dignā. Non ita  
diu pōst cōpīt párere monstrū, qđ ha-  
ctenus parturierat: et quia res diutius  
celari non poterat, noua uit̄ fraude.  
Denuò q̄ suas literas et legatos denun-  
ciat pacē atq; amicitiā ciuitatib. & cla-  
rē affirmat se nihil contra religionē in  
Germania receptam tentare, sed duos  
tantū quosdā Príncipes inobedientes  
uelle punire. Postq; Antichristus Ro-  
manus audiuit hanc belli causam esse  
propositā à suo dilectio filio Carolo,  
indignè ferēs, publicē iussit proclama-  
re in illustri theatro urbis Romæ, Ca-  
rolū filium esse mentitū: necq; enim un-  
quā inter ipsos uel pactum, uel cogita-  
tū esse bellum aliā ob causam suscipi-  
endū, qđ ut religionē Euangeliū ueram  
summis uirib. extinguerēt. Quare se  
contra filij dilectii literas et sententiam  
dara uoce proclamare, hoc esse bel-  
lū Ecclesię susceptū ad extirpandam  
Germaniam, & omnem doctrinā E-  
uangelij Iesu Christi, quā profiteruntur:  
Germā

Germanicæ ecclesiæ. Mittit igitur ad  
hoc pium opus ingens caterua latro-  
num, qui omnē crudelitatē exerceant.  
Isti tales sunt, ut si omnes simul furiæ  
Satanæ hanc in lucē pdirent, non pos-  
sint grassari horribilis aduersus uni-  
uersum genus humanum. Non sexui  
parcunt, non ætati. Puellis septē & o-  
cto annorū uitiū offerunt, postea pe-  
des et manus amputāt. Deniqz tā ne-  
fanda facinora ab ipsis perpetrant, ut  
superent omnē fidē, & sola cogitatio-  
ne perhorrescat animus, quia huma-  
na nō sunt, sed pr̄sus diabolica. Nec  
sunt contenti, iste Beatissimus Pater,  
& iste dilectus filius, hac nunquā au-  
dita crudelitate, sed clare profitent, si  
non possint virib. istorum latronum  
vincere, se fraude omni superaturos,  
et ueneno pr̄sentissimo usuros, quo  
inficiant origines fontiū, & quicquid  
possint Protestantium inuenire, con-  
taminent. O excellentē inuictiss. Impe-  
ratoris uirtutem, & pr̄aclaram uicarij  
Christi religionē. Sed quid tandem ex  
ipsis infandis crudelitatibus sunt con-  
sequutiæternam certè contumeliam,

atqz

atq; ignominiam sibi & suis posteris  
conciliauit Carolus , utinam etiā non  
æternam animæ condemnationem.  
Sciat autem Carolus , & sciat Antichri-  
stus Romanus , eum qui habitat in cœ-  
lis irridere eorum conatus , qui ad eos  
paulo pōst loquetur in ira sua , & tan-  
quam figulinū uas cōfringet utriusq;  
capita . Sciant item , etiam si ad unum  
omnes qui in Germania uerā religio-  
nem profitent , crudeliter occiderint ,  
neq; homines aliarum gentium inue-  
niri possent qui hanc æternam & salu-  
tarem uocē Seruatoris nostri de cœlo  
sonantem uel agnoscant , uel concio-  
nen̄t , Deum excitaturū lapides ipsos  
qui hanc coelestem doctrinam contra  
uim omnium tyrannorū , contra ipsas  
portas inferorū clara uoce profiteant̄.  
Eant nūc Carolus & ille pirata Roma-  
nus , atq; in sua crudelitate permanen-  
tes , pergent irritare iram Dei , cuius iu-  
diciū propediem sanè in ipsos uentu-  
rum , sicut merentur , debent  
expectare .

V A L E.

# ADMONITIO AT-

QUE HORTATIO LEGA-  
torum Sedis Apostolice ad Patres in Concilio  
Tridentino, lecta in prima sessione.



Eueren. Patres, &c.  
Cùm ipsa munera  
nostræ ratio , qui in  
hac sancta Synodo  
Præsidentium, & se-  
dis Apostolicæ Legatorum per-  
sonam gerimus , hoc postulatu-  
ra uideatur , ut crescentibus ne-  
gotijs , quæ in hoc sacro consel-  
lu ad Dei gloriam, & Ecclesiæ uti-  
litatem sunt expedienda , sèpius  
apud uos cohortandi , & commo-  
nendi causa uerba faciamus : tum  
uerò in hac prima sessione , que fœ-  
lix (ut speramus ) principium ipsi  
Concilio est datura , minimè hoc  
à nobis prætermittendum duxi-  
mus. eo uerò libētius hoc officio  
fungi

fungimur, quod cum uos uel hor-  
tamur, ut ea faciatis quae dignata  
to conuentu sint, uel à contrarijs  
dehortamur, nosmetipſos etiam  
hortamur, ac dehortamur, qui in  
eadem quasi nauī uobiscū ſumus,  
ijsdemq; periculis, quib. uos, iſ-  
dē tempeſtatibus ſubiſcimur: nos  
metipſos inquā excitamus ad ui-  
gilandum, ne uel in ſcopulos inci-  
damus, qui plurimi procul du-  
bio in hoc curſu ſeſe offerent, uel  
magnitudine negociorū tanquā  
fluctuum obrui nos negligentia  
noſtra patiamur: uerū ſpe, & fi-  
de erecti eò nauigationem diriga-  
mus, quò maximè portus ſalutis  
ad Deigloriam in Christo Iefu ſe-  
ſe ostendet. Igitur ut ab eo incipia-  
mus, de quo maximè in hoc prin-  
cipio admonendi omnes ſumus,  
unusquisq; noſtrū ante oculos  
ſibi

sibi in primis proponere debet,  
quæ nā sint, quæ ab hoc sacro Cō  
cilio expectentur: ex quo quisq; fa  
cile intelliget, quantum sibi one  
ris incumbat. Sunt uero ea(ut om  
nia summatim cōplete tamur) que  
in bulla inductionis Concilij cōti  
nentur: nempe hæresum extirpa  
tio, disciplinæ ecclesiasticæ & mo  
rū reformatio, ac tandem pax ex  
terna totius Ecclesiæ. Hæc ergo  
sunt, quæ nos curare, uel potius  
pro quibus assiduè orare, ut Dei  
benignitate fiant, oportet: atque  
illud est, de quo ante omnia in ip  
so Cōcilijs exordio omnes, & sin  
gulos, qui huc conuenimus, pri  
mùm autem nos ipsos, qui in tam  
sancto ministerio presidemus, ad  
monendos duximus, ne unquam  
cogitemus, uel per singulos qui  
hic adsunt, uel per uniuersum Cō

a 2 cilium,

cilium , etiā si omnes Pastores ex  
uniuerso terrarum orbe huc coi-  
rent, tantis malis, quib. nunc gress  
Christi est oppressus , prouideri  
posse. Si enim putamus hoc à no-  
bis perfici posse, aut ab alio, cū ab  
ipso Christo, quem Deus Pater  
unicum nobis seruatorem & pa-  
storem dedit, cui etiā omnem po-  
testatē dedit, erramus sanè in fun-  
damento omnium actionum no-  
strarum, & diuinam iram magis  
puocabimus . adiungimus enim  
ad superiora mala, que propterea  
nobis acciderūt, quod ipsum son-  
tem aquæ uiuæ reliquimus, hoc al-  
terum maximum peccatū , quod  
nostra uel prudentia , uel potentia  
ijsdem malis mederi uelimus : ut  
meritò de nobis dicatur , quod  
Propheta in persona Dei ueterem  
populum accusans, dicit 'Duo ma-  
la fe-

Ia fecit populus hic: me dereli-  
querunt fontem aquæ uiuæ, & fo-  
derunt sibi cisternas non ualentes  
continere aquas. Tales uero cister-  
næ sunt omnia consilia, quæ à no-  
stra prudentia, non afflata spiritu  
diuino, profiscuntur: quæ non  
modò populos in pietate, & obe-  
dientia, tanquam aquas in cister-  
nis continere non ualent, sed quo  
magis his artibus retinere eos la-  
boramus, eo uiolentius tanquam  
torrentes à nobis defluunt, & di-  
scendunt, ut superiorum annorum  
experiētia multis in locis satis nos  
docere potest, & nūc admonere,  
unicam tantum uiā medendis his  
malis relictam, si nostra omnia re-  
media inutilia esse agnoscētes, &  
ualere potius ad augenda, quam  
ad tollenda mala: ad Christi po-  
tentiam, quem dextram suam De-

us Pater appellat, ad Christi sa-  
pientiam, qui est sapientia Patris,  
in omnibus nos, qui Patrum per-  
sonam gerimus, fide & spe confu-  
giamus, huius nos in omnib. mi-  
nistros esse agnoscamus. Hic ue-  
rò quæritur (inquit Apostolus)  
inter dispensatores, ut fidelis quis  
inueniatur. Hoc autem nunc no-  
bis agendum est, ut ministros nos  
in omnibus idoneos prebeamus.  
Erimus uero idonei, si nos ex no-  
bis minimè idoneos esse iudicaue-  
rimus. Quis enim, inquit idē A-  
postolus, ad hæc idoneus: ut qui-  
ne cogitare quidem aliquid ex no-  
bis, quasi ex nobis, simus sufficien-  
tes. Verum hoc fateri non satis est  
nobis, hoc dicere potuit Aposto-  
lus, & per hanc portā ingredi ad  
obeundum munus suum, & in eo  
se ministrum fidelem ac idoneum  
ostendere:

ostēdere: qui simul dicere potuit,  
de ministerio suo loquens, Nihil  
mihi conscius sum. Nobis uero,  
qui si uerū fateri uolumus, aliter  
dicere non possumus, quin nobis  
consciū simus in administrando  
munere nobis imposito, in pluri-  
mis defecisse; & horum etiam ma-  
lorum, ad quæ corrigenda uoca-  
mur, nō minima ex parte causam  
extitisse. non satis est hīc fateri, ad  
tantum munus nos impares esse.  
Quid ergo nobis agendū, ut ido-  
nei hoc tempore Christi ministri  
in Ecclesia instauranda esse possi-  
mus: idē prorsus quod Christus  
ipse episcopus animarum nostra-  
rū fecit, cùm uenit ad fundandā  
& formandā Ecclesiam suā. idem  
sanè Patres faciendum erit nobis,  
quod ipsa sapientia Patris fecit,  
cùm uenit, ut multos filios in glo-

riam adduceret : id quod nobis i-  
tem propositum nunc esse debet.  
Is enim cùm oppressos peccatis  
omnes inuenisset , omnia omniū  
peccata in seipsum transtulit , seꝝ  
unum ante Deum pro omnibus  
reum & nocentem constituit , ac  
pœnam nobis debitam sustinuit ,  
tanquam omnia flagitia , et omnia  
scelera , quæ nos commiseramus ,  
ipse cōmisisset , cùm tamen ab om-  
ni labore peccati purissimus esset :  
quippe qui peccatū non fecit , ne-  
que unquā inuentus est dolus in  
ore eius . Quod uero Christus  
pro immensa sua charitate erga  
Deum Patrem , & pro misericor-  
dia erga nostrum genus fecit , hoc  
nunc , ut ipsi faciamus , iustitia ipsa  
à nobis flagitat , ut omniū horum  
malorum , quibus grex Christi est  
oppressus , nos Pastores coram tri-  
bunali

bunali misericordiae Dei reos con-  
stituamus : atq; omniū peccata in  
nos ipsos non tam piē, quām iu-  
stè transferentes: quia reuera ho-  
rum malorū magna ex parte nos  
causa sumus, diuinā misericordiā  
per Iesum Christū imploremus.  
Quod uerò dicimus, nos pasto-  
res his malis, quibus Ecclesia est  
oppressa, causam dedisse, si quis  
hoc acrius, & magis per exaggera-  
tionem quandam uerborū, quām  
uerē dictū existimet, hoc quidem  
ipsa rerum experientia, quæ mēti-  
ri non potest, comprobabit. Re-  
spiciamus ergo paululum ad ipsa  
mala, quib. Ecclesia opprimitur,  
ac simul etiam ad nostra peccata.  
Sed quis hæc numerare ualeat:  
quæ simul cum reliquis malis mul-  
titudine superant arenam maris,  
& usq; ad cœlū clamant. Circum-

a 5 scriba-

scribamus ergo tantam multitudi-  
nem nostrorum malorum illis li-  
mitibus, quibus hoc Concilium,  
quod capitalib. malis medendis  
est uocatū, ea circumscriptis. Sunt  
uerò illa tria, quæ suprà comme-  
morauiimus, hæreses, lapsam mo-  
rum disciplinam, & intestinū atq;  
externum bellum. Hic ergo uidea-  
mus, & consideremus, cùm iam  
multis annis Ecclesia his calamita-  
tibus uexetur, unde nam ipsa ori-  
ginē habuerint, num illis nos quo-  
dam modo principium, num fo-  
mentum dederimus. Primum ue-  
rò examinemus initiu hæresum,  
quæ hac nostra ætate passim pul-  
lularunt: quibus si negare uolu-  
mus nos principium dedisse, quia  
nullius hæreseos ipsi auctores fu-  
mus, tamen cùm peruersæ de fide  
sententiae, tanquam uepres quæ-  
dam

dā sint & spinæ, quæ in agro Do-  
mini, qui nobis colendus cōmen-  
datus est, ortæ sunt, & si illæ qui-  
dē sua sponte, ut solēt aliquādo ui-  
tiose herbæ, pullularūt, tamē qui  
non coluit quē debuit agrū, qui  
nō seminauit, qui pullulantes per  
se non statim curā adhibuit ut ex-  
tirparet, non minus quidē princi-  
piū illis dedisse dicendus est, q̄b si  
ipsas seminauerit, præsertim cùm  
hæc omnia à negligentia agrico-  
læ ortū ducāt, & incrementū ha-  
beant. Hic ergo seipsoſ excutiāt,  
qui sunt agricolæ in agro Domi-  
ni, cōſcientiam suam interrogent,  
quo modo in eo colēdo, quo mo-  
do in seminando ſe gesserint. qđ  
qui fecerint, his præſertim tempo-  
ribus, quib. paucissimi agro Do-  
mini colendo incūbunt, non mul-  
tum (credimus) dubitatūt, num  
ad ip-

ad ipsos pullulantū passim in Ec-  
clesia hæresum culpa pertineat.  
Hæc uero monendi tantum cau-  
sa dicta, satis sint de his, quæ ad pri-  
mū caput pertinent. Veniamus  
ad secundum, quod lapsam mo-  
rum disciplinam, & abusus (ut uo-  
cant) complectitur. Hic uero ni-  
hil attinet diu inuestigare, qui nā  
tantorum malorum auctores sue-  
rint, cum præter nos ipsos ne no-  
minare quidem ullum aliū aucto-  
rem possimus. Quare ad tertium  
accedamus, quod impedimenta  
pacis Ecclesiæ in se continet: qua-  
lia sunt arma, uel domestica, uel ex-  
terna: hæc enim iampridē pacem  
Ecclesiæ perturbarunt, & adhuc  
perturbāt. de quibus hoc tantum  
dicimus, si (quod Deus ipse cer-  
tissimis signis ostendit) hæc arma  
flagella eius sunt, quibus nos affli-  
git,

git, quia duorum priorū capitum  
rei sumus: in quib. nos excusare  
non possumus, etiam horū armo-  
rum præcipuam nos causam esse  
negare non possumus. Eiusmodi  
uero flagella Deum ob eam cau-  
sam immittere censemus, ut nos  
peccantes castiget, & peccata ipsa  
quibus maiestatem eius maxime  
offendimus, nobis ante oculos po-  
nat. Hic uerò quisquis aliquando  
animaduertit, quibus modis Ec-  
clesia armorum uiolentia uexata  
fuerit, secum ipse consideret, quæ  
nam illa sint, in quibus præcipue  
Ecclesia propter ipsa arma detri-  
mentum patiatur. Nec uerò hic  
refert, de quorū armis loquamur,  
siue de intestinis nostrorum Prin-  
cipum, siue de externis Turcarū  
armis, quæ superiorib. annis nos  
magnis calamitatibus affecerunt:

siue

sive de eorum qui ab obedientia  
suum Pastorum discesserunt, &  
ipsos a suis sedibus expulerunt.  
Hoc enim summatim dicimus de  
omni genere armorum, si qui illa  
contra nos tractarunt, a suis Eccle-  
sijs Pastores fugarunt, ordines co-  
fuderunt, Laicos autem in Episcopo-  
rum locum suffecerunt, Ecclesiae bo-  
na diripuerunt, cursum uerbi Dei  
impediuerunt: hic inquam dicimus,  
nihil horum esse, quod in libro abu-  
sum Pastorum maxima illorum  
pars, qui hoc nomine sibi vindicat,  
per se factum esse, si legere libuerit,  
non scriptum apertis uerbis inue-  
nit. Nostram enim ambitionem,  
nostram auaritiam, nostras cupidita-  
tes his omnibus malis populum Dei  
prius affecisse statim inueniet,  
atque harum uia ab Ecclesijs pasto-  
res fugari, easque pabulo uerbi pri-  
uari,

uari, bona Ecclesiarū (que sunt bona pauperum) ab illis tolli, indignis sacerdotia cōferri, & illis qui nihil à Laicis, præterquā in uestis genere, ac ne in hoc quidē differūt, dari. Quid enim horū est, qđ negare possimus per hos annos à nobis factū esse? Quare si Turca, si hæretici hoc idē aduersus nos faciunt, quid hic aliud, qđ flagitia nostra, & simul iustū Dei iudiciū uidemus: iudiciū uero plenū misericordia. Si enim p meritis nos castigaret, iampridē sicut Sodoma & Gomorrha fuissimus. Cur uero hæc nūc cōmemoramus: an ut uos cōfundamus? Absit. Sed magis ut uos ceu Patres, & fratres charissimos, primū autē nos metip̄sos admoneamus, quo pacto hæc quibus nunc affligimur flagella, & grauiora, quæ impendent, nisi resipiscas.

resipiscamus, uitare possimus, ut  
effugiamus tremendum illud Dei  
iudicium, omnibus quidem non  
resipiscentibus tremendum, ma-  
xime uero illis qui præfunt. Iudi-  
cū enim graue (inquit scriptura)  
his qui præfunt, fiet. Iudicium ue-  
ro incipere nūc uideamus à domo  
Dei. dum enim nunc ejciunt sa-  
cerdotes, dum cōculcantur ab ho-  
minibus, quid aliud hoc indicat,  
quam diuinū de nobis iudicium,  
quod prædixit Christus, cum di-  
ceret, Sacerdotes suos esse sal ter-  
re: qd si sal euanuerit, ad nihil ua-  
lere ultra, nisi ut ejciatur foras, &  
conculcetur ab hominibus: hæc  
uerò omnia nos nunc patimur.  
quod si propter iustitiam, ut no-  
stri maiores, beati nos quidem: at  
nunc iuste quidē, quia sal euanuit,  
mīnimē autem propter iustitiam  
patimur:

patimur: in omnib. enim nostris  
afflictionibus uidemus iudicium  
Dei. atq; utinam quidem illud ui-  
deremus: hoc enim initium esset  
omnia Dei iudicia & flagella ef-  
fugiendi, atq; in gratiam & in ue-  
ram gloriā ingrediendi. Quæ res  
fecit, ut in his commemorandis a-  
criores & longiores fuerimus, ni-  
si enim hæc bene cognita & per-  
specta fuerint, frustrà intramus in  
Conciliū, frustrà inuocamus Spi-  
ritum sanctum, qui primum in-  
gressum in animam hominis sem-  
per facere solet per ipsius hominis  
condemnationem, ut cōdemnet  
mundum de peccato. quare ni-  
si ille Spiritus nos apud nosmet  
ipsoſ primū condēnauerit, nō  
dum illum ingressum esse ad nos  
affirmare possumus: ac ne ingre-  
surū quidem, si peccata nostra au-

b dire

direcū recusamus: Idē enim dicetur  
nobis, quod populo ueteri per  
prophetā Ezechielem est diciū,  
cū nondum agnitis suis sceleri-  
bus Deum per prophetā interro-  
gare uellent. sic autem ait Prophe-  
ta: Venerūt uiri Israel ad interro-  
gandum Dominum, & federunt  
coram me. hæc autem dicit Domi-  
nus: Nūquid ad interrogandum  
me uenistis? Viuo ego, dicit Do-  
minus, quia non respondebo uo-  
bis. Sequitur autē: Si iudicas eos,  
abominationes patrum illorum  
ostende illis. In quibus uerbis  
ostendit Deus, quare noluerit re-  
spondere illis: quia nondum scili-  
cet abominationes suas & patrū  
suorum audierant. Quare cū i-  
dē Dei spiritus sit, qui tum dabat  
responsa, & quē nunc nos seden-  
tes coram Domino inuocamus,

quid

quid nobis faciūndū sit, ut propriā  
responsa habeamus, ex his ui-  
detis: & simul cō necessariō nos,  
qui præsidemus in hoc sacro con-  
fessu, à detegendis nostris pecca-  
tis sermonis exordium uobiscum  
duximus. Quia uero nonnullos  
nunc uidemus, sua primū pecca-  
ta, & nostri ordinis grauiter de-  
flentes, atq; Dei misericordiā om-  
nibus uotis implorātes, ideo qui-  
dem in maxima spe sumus, ad nos  
uenisse, quem inuocamus, Dei spi-  
ritum: hoc uero maximū pignus  
diuinæ misericordiæ habemus,  
nempe ipsam hanc inchoationem  
Concilij, in quo nunc conueni-  
mus ad erigendā & instaurandā  
penè collapsam Ecclesiā, ut uetus  
populus post diuturnam captiu-  
tatem apud externos reges rediit  
Hierosolymā, ad instaurandum

templum. in illius uero populi sta-  
tu, in illorum læta ad patriam pro-  
fectione, & templi instauratione,  
nostrī quidē temporis, & nostri  
status, in hoc præsertim Cōcilio,  
imaginē intueri possumus: & in  
ducum eiusdem populi exemplo,  
uestrum, qui duces estis populo  
Dei ad cœlestem patriam conten-  
denti, officium uidere. Quare om-  
nes uos magnopere hortamur, ut  
sæpius ad memoriam retiocetis,  
quæ in Esdrae, quæ in Nehemias,  
quæ etiam in Danielis libris sunt  
scripta: in quibus cōsilia omnium  
ducum populi explicantur, quæ  
hunc unum semper scopū habue-  
rūt, ut sua & populi atq; patrū pec-  
cata confitentes, ad pœnitentiam  
& implorationem diuinæ misé-  
ricordiæ omnes excitaret. Quod  
cum populus ficeret, tū quidem  
omnia

nia illis fœliciter successere. Ea  
dē uerò consilia nobis, si fœlicem  
successum & exitū expectare uo-  
lumus in instauranda Ecclesia, ob  
quam causam læti huc in spiritu  
conuenimus, sequenda erūt. atq;  
eo quidem magis, quo etiam ma-  
iora nobis certamina impendent  
instauraturis Ecclesiā, quam illis  
instauraturis templum. Si enim  
illis multi, quo minus id perficere-  
tur, se opposuere: si multi etiam,  
cūm opus impedire non possent,  
eos irriserunt: hoc quidem sic ha-  
betote, nobis nec irrisores defu-  
ros, nec qui maximis uiribus à cœ-  
pto opere nos deterreant, & auo-  
cent. Habebimus uerò non modò  
colluctationē cum carne et sanguī-  
ne, sed cum spiritualib. nequitijs  
in cœlestibus. Verūm his omnib.  
Potentior est is, in cuius nomine.

b 3 hoc

hoc opus sumus aggressi. Quare  
in eo cōfidamus, ipsum precibus  
inuocemus, & ipse omnia perficiet.  
Quia uero hoc Concilium  
cūm deliberantium, tum uero iudicantium  
speciem refert, in quo  
& deliberatur de ihs quæ ad uni-  
uersalis Ecclesiæ bonū pertinent,  
& etiā iudicatur tam de rebus q̄  
de personis : sedemus enim tan-  
quam iudicantes duodecim tri-  
bus Israel, quibus cōprehenditur  
uniuersus populus Dei : ideo hic  
maxime locus uideſ nos ipsos ad  
monēdi, ut caueamus ab his quæ  
uel cōſultandi uel iudicādi uim in  
nobis deprauare solent . Hæc ue-  
ro sunt ipsæ animi passiones, que  
ideo etiā perturbationes uocant,  
qui rectū & uerū dreb. iudiciū  
& sensum perturbant, ac peruer-  
tunt: in quibus maximè illa sunt  
cauen-

eauenda, quæ recte monet Ethni-  
cus ille in cōsilijs abiectienda, cūm  
dicit: Omnes homines qui de re-  
bus dubijs cōsultant, ab ira, odio,  
amicitia, uacuos esse debere. nam  
cū in hæc omne genus hominum  
sit propensum, tum uero n̄ maxi-  
mē qui principibus seruiūt: tales  
enim uehementiores habent affe-  
ctiones: facillimē autē ad gratiam  
loquunt̄, uel ad odiū: ut scilicet ip-  
sos existiment Principes affectos  
esse, à quib. mercedem expectāt.  
Cūm uero de Principibus loqui-  
mur, tam de his qui Ecclesiastici  
uocantur, quam qui Seculares, lo-  
quimur: ac licet quidem nos Prin-  
cipes Christianos habere agnosca-  
mus, & gaudeamus, id qđ in uete-  
ri, & iam recens fundata Ecclesia  
Patres nostri non habuerunt: ta-  
men ante omnia nobis in hoc Cō

cilio semper est animaduertendū,  
hunc non esse locum laudandi ali  
quem , nisi solum Deū in Christo  
Iesu, atq; illum solum iustificandi,  
omne autem genus hominū con  
demnandi: primū uerò nos ip  
sos qui hęc loquimur, ut cum Da  
niele dicamus: Nobis confusio fa  
ciei, regibus nostris, principibus  
nostris, & patribus nostris, qui  
peccauerūt : tibi autem Domino  
Deo nostro misericordia & pro  
pitiatio. quia recessimus à te, et nō  
audiuimus uocē Domini Dei no  
stri, ut ambularemus in lege eius,  
quam posuit nobis per seruos su  
os Prophetas. Et omnis Israel pr  
uaricati sunt legem tuam, & decli  
nauerunt, ne audirent uocē tuam:  
& stillauit super nos maledictio,  
& detestatio. Hic uerò nunc lo  
cus esset, ut eiusdē Prophetæ ex  
emplū

emplū sequentes, cuius uerba mó-  
dò recitauimus, nō solùm nostra,  
qui sacerdotes sumus, sed populi,  
sed principum coram Deo & Ec-  
clesia eius, peccata confiteremur,  
proꝝ omnibus ueniā implorare-  
mus. Sic uero dicit Daniel: Cūꝝ  
adhuc loquerer, & orarē, & con-  
fiterer peccata mea, & peccata po-  
puli mei, nomine populi hoc lo-  
co omniū ordinum personas cō-  
pleteſtens, ut eius confessio, quam  
modò recitauimus, declarat. Qua  
in re, quid nobis, qui pro salute  
uniuersæ Ecclesiæ tantis malis op-  
pressæ, huc conuenimus, facien-  
dum sit, satis indicare uidetur:  
nimírum, ut nostra, & simul Prin-  
cipum ac populi peccata flen-  
tes, cōfiteamur, id quod planè in  
spiritu mœroris satis nunc abun-  
dè facimus, uerbis uero uberioris fa-

teremus, si ipsi Principes ades-  
sent, qui suam nobiscum cōfessio-  
nem & lachrymas coniungerent.  
Eiusmodi uero quasi funiculis  
peccatorū, ut Prophetæ loqui-  
tur, sacerdotum ac Principum,  
atq; ipsius populi peccata sunt col-  
ligata, ut difficile sit de unius ordi-  
nis peccatis inquirere, quin reli-  
quorum simul ordinum peccata  
appareant. Sic uero omnes ordi-  
nes una orationis serie accusans  
in ueteri populo, dicit Ezechiel in  
persona Dei: Sacerdotes eius con-  
tempserunt legem meā, & pollue-  
runt sanctuaria mea: inter sacrum  
& profanum non habuerunt di-  
stantiam. Principes eius in medio  
illius, quasi lupi rapientes prædā  
ad effundendū sanguinē, ad per-  
dendas animas, & auarè sectanda  
lucra. Populi terræ calumniaban-  
tur

tur calumniam. Hæc ille. quæ util  
nam ad illa solum tempora perti  
neret, ac non nostri quoq; tempo  
ris imaginem referrent. Utinam  
cū de corruptela morum sacer  
dotum loquimur, huic maximam  
occasione, maximam materiam  
& auctoritatem ipsos Principes,  
atq; ipsum populū dedito, nega  
re possemus. Sed reprimamus  
nunc uerba usq; ad tempus magis  
opportunum. fontes autem com  
munium lachrymarū aperiamus.  
Redeamus uero ad eos quos cœ  
pimus admonendos, præsertim  
Episcopos, qui cū mandatis Prin  
cipum huc uenerūt. Sic uero illos  
admonemus, ut omni, qua pos  
sunt, fide & diligentia suis Princi  
pibus seruiant: uerūm ut Episco  
pos decet, sic illis seruiant: ut serui  
Dei, non ut serui hominum. No  
lite,

lite, inquit Apostolus, serui homi  
num esse. Primum uero seruant  
uni regi Christo, cui Deus Pater  
omnem potestatem dedit: deinde  
uerò propter eum, omnibus, ma-  
xime autem Principibus: cui ho-  
norem, honorem; cui tributū, tri-  
butū. Hortamur autem, ut Prin-  
cipibus seruiāt ad honorē, quem-  
admodum eorum mandata uer-  
bis ipsis pre se ferunt: in quibus ni-  
hil ferē nisi honorificū, & ad pu-  
blicam utilitatem spectans, propo-  
nitur. Sic uero in summa seruant,  
ut eorum officium in primis spe-  
ctet ad honorē Dei, & utilitatem  
huius Concilij, qđ propter publi-  
cū bonū est conuocatū. Quare ut  
ab hoc maximē dehortamur om-  
nes, qui hic sentētias coram Deo,  
& angelis eius, atq; coram uniuersa  
Ecclesia sumus dicturi, ne ad  
gratiam

gratiam hominis alicuius loqua-  
mur; sic etiam multo magis, ne ad  
odium cuiusquam sententiā pro-  
feramus, etiam si cōtra nos aduer-  
sarij, uel inimici, & hostis perso-  
sonam gerat: deniq; ut ab omni  
inter nos contentionē abstinea-  
mus, maximē optamus, & in Do-  
mino hortamur. Hæ enim sunt  
quæ contristant & repellunt, quæ  
inuocauimus, Spiritū sanctum,  
sine quo nihil omnino facere po-  
terimus, quod ad bonum & pa-  
cem Ecclesiæ cedat. Cùm enim, in  
quit Apostolus, sint inter uos cō-  
tentiones, non' ne homines estis,  
& secundū hominem ambulatis;  
Cùm uerò homines eos appellat,  
spiritus Dei expertes intelligit.  
In omnibus autem quæ ad refor-  
matiōnem Ecclesiæ pertinent, ob  
quam causam conuenimus, imita-  
ri nos

trinos oportet illum, qui eam pri-  
mum formauit. de quo ad hoc ip-  
sum opus ingrediente, sic in perso-  
na Dei Propheta loquitur: Ecce  
seruus meus quem elegi, dilectus  
meus in quo benē cōplacuit ani-  
mæ meæ: dedi spiritum meum su-  
per eum: iudicium gentibus nun-  
ciabit: non contendet, nec clama-  
bit, arundinem quassatā non con-  
fringet, & linum fumigās non ex-  
tinguet. Hunc uerò spiritum pa-  
cis, charitatis, & mansuetudinis,  
cūm semper apud omnes, & cum  
omnibus ostendere debeamus,  
tum uerò maximè in hoc sacro cō-  
fessu, in quo conuenimus, ut per  
gratiam ipsius Spiritus, cōtentio-  
nibus, quæ nimis diu Ecclesiā ue-  
xarunt, finis tandem imponatur.  
Quare ne ipsi ullam contentionis  
ansam alicui demus, qui pacifi-  
corum

corū personam gerimus, maxime  
est cauendū. Hoc uerò, & cætera  
omnia incōmoda, & impedimen-  
ta pacis unico modo evitabimus,  
atq; ad optatū pacis portū perue-  
niemus, si precibus ab humili &  
contrito corde profectis, ipsum  
Christi sp̄ritū, qui est pax nostra,  
inuocauerimus: ut in hoc Conci-  
lio præsideat, ut lucem cordibus  
nostris infundat: utq; nos in omni-  
bus ad ipsius honorē, & uerā Ec-  
clesiæ utilitatē regat et dirigat. Ad  
tales enim ipse dicit: Adhuc te lo-  
quente, ecce adsum. Quare ut hu-  
iusmodi orationibus assidue in-  
cubamus, quāta possumus chari-  
tate uos in Domino hortamur, ut  
uno ore atq; uno spiritu Deū Pa-  
rē in Christo Iesu glorificemus,  
qui est Deus benedictus in  
secula. Amen.

A N N O

## ANNOTATIONES.

Nempe hæresum extirpatione.) Tria capitula deliberationum in Concilio Tridentino proposita. Ordo uerus. de doctrina enim primū omnium constituendum est: & omnes falsae doctrinæ atq; hæreses impiæ ab Ecclesia Dei, quoad dederit Dominus, submouendæ. Deinde sarcienda & restituenda disciplina purgandiq; mores, & primū cleri, deinde & reliqui populi Christi.

Tantis malis, quibus nunc grex Christi est oppressus, prouideri posse.) Quis uero uspiant conatus in uestro Pontifice, aut ullis eius creaturis conspicitur, gregem Christi tandem tantis malis subleuandi?

Quem Deus Pater unicum nobis seruato rem & Pastorem dedit.) Si unicus & nobis seruator & Pastor Christus est, & agnoscitis datam huic omnem à Patre potestatem: neque sentitis, ab hoc uno Ecclesiae reformatio nem esse perficiendam, ut res quidem ipsa habet: quare non tandem locum aliquę eius doctrinæ & disciplinæ aperitis? Imo cur non remittitis tandem huius doctrinæ & discipline tam hostilem insectationem?

Quod nostra uel prudentia, uel potētia iisdem malis mederi uelimus.) Si hoc uere agnoscitis,

### ANNOTATIONE 8.

Etis, uestra prudētia uos mala Ecclesiæ augere & exasperare posse, imminuere ea atq; tolere nō posse, cur igitur in quarta uestra Sessione ab Ebraicis & Græcis D. Scripturarū fontibus, tum & melioribus uersionibus, ad uestrā vulgatam latinā, tot modis deprauatam, studiosos sacrarum literarum reuocatis? Imo elegantiora ingenia ab illis absterretis, & traditis illas in genijs barbaris, superstitionis & ambitionis sepe liendas. Quare item traditiones, quas uocatis, cum Scripturis pari affectu suscipitis? de quibus tamen nihil certi quod proferatis, habetis. Quid deniq; Scripturarū interpretationē uestris ordinarijs addicitis? quorum tam paucos habetis, qui ipsi sibi ullam aūsint scripturarum scientiam sumere? Etenim Christus Dominus, sapientia Patris, uocat omnes eos qui Ecclesijs suis recte consulere debeant, ad legem suam & scripturas, exq; his solis ueram & instituendi & restituendi Ecclesijs suas scientiam profert, pījs precibus inuocatus: iubetq; ideo eas scrutari & excutere quam religiosissimè, ac ideo etiā in ijs linguis, quibus primū proditæ sunt, & ad id piè quoq; uti suis donis, quæ ullis unquam hominibus contulit, uel adhuc cōfert, eas interpretandi.

c Ad

### ANNOTATIONES.

Ad Christi sapientiam, &c. fide & spe con-  
fugiāmus. ) Hoc det uos facere Christus, sa-  
pientia patris, & saluares erit.

Vt fidelis quis inueniatur. ) At fidelis est, qui  
in Ecclesiā nihil quām Dei præcepta admini-  
strat, eaq; syncera, et summa cœdificandi fidem  
Christi cura.

Et horum etiam malorum, ad quæ corrigen-  
da uocamur, non minima ex parte causam ex-  
titisse. ) Malorum, quibus oppressæ Ecclesiæ  
sunt, merito confitemini uos, non minima, sed  
maxima ex parte causam extitisse, & etiam  
num existere: sed quod nam ex his malis reip-  
sa tollere adhuc aggredimini?

Sed quis hæc numerare ualeat? quæ simul  
cum reliquis malis multitudine superant are-  
nam maris, & usque ad cœlum clamant. ) Qui  
fit igitur, ut tam notoria, tam multa, inq; cœlū  
clamantia peccata uestra, malaq; ex his in Ec-  
clesiam inuecta, arenā maris multitudine su-  
superatia, nec ipsi corrigere tandem constitui-  
tis & conamini, nec alijs ut ea corrigan per-  
mittendum censemus?

Quia nullius hæreses ipsi autores fu-  
mus. ) Nullius ergo hæresis uos authores a-  
gnoscitis? Nō sunt igitur hæ hæreses, id est, ali-  
enæ

## ANNOTATIONES.

1. En*ē* à Christo doctrinæ omniū nocentissimæ?
2. In Scriptura Dei non esse traditā plenā sa-  
luti doctrinā, incertam quoq; illā esse, & ob-  
scuram, & ambiguam adeò, ut nisi uestræ ue-  
strarumq; scholarū accedat interpretationes,  
& glossæ, & definitiones, non posse hominē  
Christianum ex ea ad salutem erudiri?
3. Ro. Pontificē iure diuino esse uniuersalem  
Ecclesiarum Episcopum: & qui eum non ut ta-  
lem adorant, alienos esse ab Ecclesia Dei?
4. Hunc Pontificem habere dominium sum-  
mum mundi, omnium regnorum, & rerum, ut  
dominiij Christi uicarium & administrum.
5. Non posse illū de religione falsum iudica-  
re: eoq; heresim esse, in eius iudiciū inquirere.
6. Audiendum hunc esse, etiam si quid præ-  
ter & contra scripturam Dei statuit.
7. Opera non iustificatorū, id est impiorum  
adhuc, præparare ad iustificationem.
8. Fidem mortuam, ueram tamen fidem esse,  
quæ Christianos faciat.
9. Christi sanguinem sustulisse peccatum o-  
riginale, actualia, nostra esse satisfactione ex-  
pianda.
10. Posse homines plura opera bona facere, &  
ipsis ad salutē necessaria sint, & ea deinde ap-  
plicare

ANNOTATIONES.

plicare alijs.

10 Pontificē Ro. habere tanquam in thesau-  
ro reposita merita Christi & sanctorum, illa  
scilicet supererogationis opera, eaq; posse in  
dulgentiarū nomine, quib. uelit, ad expiandū  
peccata impertiri, pro pecunia, pro adoratio-  
ne statuarū & imaginum, pro impijs preculis  
ad diuos, pro profecitionibus adossa, & statuas  
Diuorum.

11 Alienā populis lingua, sacraeſe admini-  
ſtranda.

12 Missas, sacramenti ſpectaculum & exte-  
nū cultum, aliasq; ceremonias conferre ad fa-  
lutem, etiam ſine uero uſu quem Dominus  
inſtituit.

13 Simoniacos & sacrilegos habendos eſſe  
in Epifcoporum & ſacerdotum loco.

14 Non neceſſe eſſe, ut Epifcopi & presby-  
teri populum Dei per ſe ipſos doceant.

15 Obedientiam addictam prælatis mona-  
ſteriorum, præferendam eſſe obedientiæ præ-  
ſtandæ parentibus: prodereq; patrimoniu præ-  
latis coenobiorum, præceptæ à Deo eius di-  
ſpensationi.

16 Maritos, aut qui uelint libertatem coniu-  
gij retinere, non admittendos eſſe ad munus  
ſubdi-

## ANNOTATIONES.

subdiaconorum, diaconorum, & presbyterorum. Manifestos autem scortatores, adulteros, & de infanda spurcitia infames, ferendos esse etiam in ordine Episcoporum.

17 Ornare auro, argento, & serico templis, statuas & ossa Diuorum, potius esse quam benefacere pauperibus.

Ista, et multa alia dogmata Diuinæ scripturæ ex diametro aduersa, manifestæq; hæreses, à uestris Magistris nostris, pastorib. et cōcionatorib. publicè pluribus libris uulgatæ sunt, & defenduntur hodie, ac pponuntur in cōcionib. et audetis tamen dicere, uos nullius hæresis ipsos authores fuisse? Et, ut cætera omittā, non est prima hæresis Simonia? Huius, quos ailios quam uos ipsos, autores nominabitis? Ante omnia igitur, & huius mali omnium primi, & fontis cæterorum, peruersæ & adulteratæ doctrinæ teneri, uos cum primis agnoscere debetis. Quod quamdiu non facitis, & tamē hæresum extirpationem uobis primo loco non deliberandam tantum, sed & perficiendam propositū uobis à Pontifice uestro iudicatis, quarum putemus uos hæreſeon extirpationem instuere, quam earū quas iā tot annis Pontifex uester, & eius ipsius deuotiores creaturæ, præla-

A N N O T A T I O N E S.

ti & scholæ, non uerborū, sed corporum and  
thematis persequuntur? harum scilicet,

1 Scripturam Dei præferre traditionibus &  
sanctionibus pontificijs, & decretis Magistro  
rum nostrorum.

2 Christum adorare, omnino summum &  
unicum Ecclesiæ caput & pastorem, huiusq;  
uocem ita audire, ut uocē omnium à Christo  
alienorum defugias.

3 Euangelion Christi, ipso mittente Chri-  
sto, hoc est uerbum suum, animumq; illud præ-  
dicandi inspirante, prædicare, & sacramen-  
ta Christi secundū illud administrare, etiam si  
id prohibeat Pontifex Rom. cum suis uocatis  
Episcopis.

4 Euangelion Christi audire, & sacramenta  
eius percipere, iuxta præcepta & instituta  
Christi, etiā si id uentent & damnent Pontifex  
& creaturæ eius.

5 Abusus Ecclesiasticos, quanquam manife-  
stos, cū in doctrina, tum in Sacramentis, &  
lijsq; ceremonijs, apertas idolatrias, & con-  
fessi pseudocleri & Episcoporū flagitia, cor-  
rigere ad regulam Verbi Dei & S. Canonum:  
non iubente, nec permittente hæc Ro. Pontifi-  
ce, & eius Synodo.

6 Scri-

## ANNOTATIONES.

- 6 Scripturam Dei laicis cōmunicare, com-  
modis uersionibus & enarrationibus.
- 7 Scholas instruere, in quibus pura Christi  
catechesis tradatur.
- 8 Principes & magistratus, quibus Domi-  
nus omnē animam subiecit, de patrimonio cru-  
cifixi aliquid eripere ijs, qui illud detinent ma-  
nifestis simonijs & sacrilegijs, & flagitiose  
profundunt, quod ad instituendos & alendos  
hereros Ecclesiæ ministros, & pauperes, publi-  
casq; necessitates subleuandas, conuertatur.
- 9 Vigilare, ne Ecclesiæ Dei opprimantur  
per insidias & uim Ro. Pontificis, & eorum  
qui cum eo se Christi hostes faciunt.

Has certè hæreses Pontifex uester, Episco-  
pi & scholæ eius, diris deuotionibus, exilijs,  
& omni genere suppliciorum extirpare cona-  
ti sunt: Sed eo euentu, de quo cruciantur ipsi,  
& exultant omnes pij.

Si iam & ipsi has extirpare hæreses propo-  
situs habetis, & in hoc à Ro. Pontifice ue-  
stro coactos in hac Synodo putatis, in eamq;  
rem dictatae eius Roma in singulas ferè septi-  
manas accipitis, opus profectò suscepistis non  
difficile modò, sed etiam impossibile. Stirps  
enim harum hæreſeon est corpus Christi, ui-

## ANNOTATIONES.

tis illa uera, quæ ui omnipotente profert pal-  
mutes suos, ubi & quos uult. Et quamvis hi te-  
neri & infirmi uidentur mundo, tamen agricu-  
cola & plantator cultorq; huius uitis, Deus  
omnipotens, illos perquam facile tuetur con-  
tra omnem uim & iniuriam potestatum spiri-  
tualium in cœlestibus, principis & dei mun-  
di huius, cui potestas in aëre est.

20 Cōpendiosa quidē est illa extirpandi ratio,  
quam maximus quidam purpuratorū max. cui  
dam Principi consuluisse fertur: Trucidare  
omnes qui Lutheri hæresim receperunt, quot-  
quot septimū annum excesserint ( excidi e-  
nim unam nationem melius esse, quam orbem  
descidere à sede Romana ) Libros Lutheranos  
omnes exurere: Typographicam extinguere:  
Scripturarum lectionē solis magistris nostris  
permittere: Summulam breuem religionis, sedi  
Ro. idoneā, uelut Alcoranū quendā, populis  
proponere: pœnaq; capitis sancire, & inquisi-  
tione H̄spaniens tueri. Hoc inquā cōpendium  
dictu quidem facile est: Sed qui sedet in cœ-  
lis, & operatur omnia in omnibus, ridet atq;  
substantiam sicut gentium fremitum, &  
inanis populorum molitiones, ita etiam Regū  
conspirationes, & sapientum consultationes  
quæcun-

## ANNOTATIONES.

quæcunq; contra Christum suum existunt, &  
meuntur.

Tamen qui non coluit, quem debuit agrū,  
qui non seminavit, &c.) Bene: tantū de uera  
agri Dominici cultura, uero semine uerbi  
Dei, & uera uerarum hæreseon extirpatione  
hæc uestra uerba intelligite.

Conscientiam suam interrogent, quo modo  
in eo colendo, quo modo in seminando se gesse  
rint.) Et hoc rectè: sed non ipsorum tantum  
conscientia, uerum totus orbis nouit, & queri  
tur, quod maxima Episcoporū pars, & ipse ue-  
ster Pontifex Ro. non putant ad se pertinere,  
ut colerent & sererent agrū mundi & Eccle-  
siae, semine uerbi Dei.

His præsertim temporibus, quibus paucissi-  
mi agro Domini colendo incumbunt.) Gran-  
de hoc malum: sed id multò immanius, quod  
cupientes colere agrum Domini, damnatis hæ-  
resois, & quantum in uobis est, à terra exter-  
minatis, ferro, aqua, & igni.

Cum præter nos ipsos ne nominare quidem  
ullum alium auctorem possimus.) Et hoc uerè.  
Sed non est uera tanti mali confessio, dum ab  
eo non facto resilitis, & restituere disciplinā  
Christi annitimi.

## ANNOTATIONES.

Etiam horum armorum præcipuam nos causam esse negare non possumus. ) Non eotantum causa præcipua estis armorum, quibus Ecclesiæ perturbantur, quod hæreses non solum suppulbare estis passi, uerum etiam seminastis ipsi, atq; fouetis tam multas, easq; nocentissimas, & disciplinam cleri & populi omnem exuertistis: uerum eo quoq; , quod Reges inter se saepissime cōmisiſtis, bellaq; ipsi & uestri Pontifices multa & ſæua mouistiſtis, nec ea tantum pro ſuæ ſedis imperio amplificādo, uerū etiam pro extollendis filijs & nepotibus suis.

Sive de eorum qui ab obedientia ſuorū Paſtorum diſcēſſerunt, et ipſos à ſuis ſedibus expulerunt. ) Quem quæſo Paſtorem, Lutherani, quos hic tacito nomine notatis, ſua ſede expulerunt? Nominate uel unum. Paſtor enim iſtantum dici potest Ecclesiæ, qui Eccleſiam paſcere pabulo uerbi Dei puri religioſe ſtudet, omneq; incommodum à grege Christi ſibi co- miſſo auertere, & corrigere ſumma cura elabo- rat.

Ordines confuderunt. ) Quos quæſo ordi- nes? Ne locum occuparent paſtorū, lupi rapa- ces? doctorū, ſeductores? Ne Eccleſijs domina- rentur Antichrifi & Eccleſiarum uafatores?

Laicos

## ANNOTATIONES.

Laicos autem in Episcoporum locum sufficerunt.) Et D. Ambrosius ex laico, imo ex catechumeno, ita plurimi sanctiss. Episcopi ex prijs laicis episcopi ueri boniq; facti sunt. Apud uos autem ne ex laicis quidem, id est popularibus Ecclesiæ Dei, sed ex pueris, & fece mundificis: & non Episcopos, sed Ecclesiarum tyran nos, qui ex Episcoporum loco, episcopaliq; potentia, omnem episcopalem functionem euerunt, & Ecclesias prorsus deuastant. Praestat Episcopos facere ex clericis, sed Domini, req; ipsa in religionis administratione exercitatis: tamē & ex laicis, id est plebeijs Domini, face re Episcopos, bonum est, siquidem hi uere Episcopifiant.

Ecclesiæ bona diripuerunt.) Qui hoc fecerunt, puniantur. Sed uos eos quoq; diripuisse Ecclesiarum bona clamatis, qui illa erepta manifeste impijs sacrilegis & simonaicis, Ecclesiæ pestibus, conuerterunt ad instituendos & alendos ueros Ecclesiarum ministros, & pauperes, ad publicas necessitates subleuandas: hoc est, qui bona Ecclesiarum Ecclesijs ipsi restituerunt. Ecclesia enim populus Christi est: quare id demum ex bonis Ecclesiarum expensum Ecclesijs ferri potest, quod insumitur in

## ANNOTATIONES.

tur in eius commoda uel spiritualia, uel corporalia. Eaq; omnia Ecclesijs uerè eripiuntur, immo etiam in perniciem Ecclesiarum cōuertuntur, quæ tribuuntur & permittuntur ijs qui Ecclesiæ ministeria sibi habent obnoxia: & nec ipsi ea pie Ecclesijs præstant, nec præstari per alios curant, nisi peruersa.

Cursum uerbi Dei impediuerunt.) Verba Pontificis Rom. Dei uestri terreni. nam quos hic taxatis, cursum Verbi Dei restituerunt. Atq; hic satis apparet, prælatos ea quæ falso impingunt Lutheranis, prius ipfos designasse.

Hic inquam dicimus, nihil horum esse quod in libro abusuum Pastorū maxima illorū pars, qui hoc nomen sibi vindicant, per se factum esse, si legere libuerit, non scriptū apertis uerbis inueniat.) Et hoc uerè cōfitemini: sed tum uera apparebit hæc uestra Confessio, cum tantum a uobis sclera re ipsa remouere incipietis. Adeò enim ueros gregis Christi pastores ab Ecclesijs ubiq; depulisti, ut Episcopi iam non putent sui esse muneris, uel residere apud Ecclesias suas, uel ullā pastoralis functionis partem per se illis præstare. Cumq; Episcopi eō de generarint, cæteris Prælati, ut idē facerent, licentiam dederūt. Itaq; corrupta breui tempore est

## ANNOTATIONES.

re est tota prælatorū turba, ut ferre amplius non potuerint, ut inferioris ordinis pastores & parochi suum officium facerent. Ac ne Ecclesiæ aliquando reciperent, qui munus uerè pastorale illis præstare possent, & uellent, Pontifex uester & pseudoepiscopi parochiarum prouenitus uel incorporarunt collegijs Cantorum, uel uorandos concesserunt Prælatis & Curtisanis, ut unus ex Cantorum prælatis, quos uocant, decem & amplius parochiarum redditus absumat. Hinc bona Ecclesiarum Ecclesijs tandem omnia erpta sunt: pauperum enim sustentationi, & Scholarū, propè nihil ministerijs uerò populi, quanquam omnino uitatis & peruersis, uix centesima illorum pars relicta sit: ueris autem ministerijs his ipsis Ecclesiarū opibus cruces paratæ sunt, & structi rogi. Xenodochea, nosodochea, orphanotrophea, gerontocomia, prochotrophea, scholæ, collegia, & cœnobia piè studiosorū, aut omnino in Cantorū conuenticula cōuersa sunt, aut penitus exhausta, & laicis nouis donationib. restituenda relicta. Cū itaq; Reges et Principes uiderūt tā immensas Ecclesiarū opes ueris Ecclesiarū usib. per ignauissimos & planè nequā homines penitus eripi, & in omnino flagitiosos

## ANNOTATIONES.

gitiosos usus dilapidari; existimauerūt præstare, ut uel in usum reip. aliquid ex illis transferetur, q̄ ut homines adeo nullius usus, et à quibus Ecclesiæ nihil quam grauissima scandalata & damna acciperet, absumerent omnia: ccepuntq; pinguiores prælaturas & Episcopatus cōferre ijs, per quos regna & ditiones suas gubernat. sic & opes & personæ Ecclesiasticæ ab Ecclesijs in aulas Principū maxima ex parte translatæ sunt. Quæ omnia et rerū & hominū suorū spolia, Ecclesiæ uobis accepta ferunt: qui ea etiā fortiter adhuc tuemini, ac in dies horrendum in modū augetis, ubiq; uestræ rapacitati nō modū statuūt pīj Principes.

Bona Ecclesiærum, quæ sunt bona pauperum, ab illis tolli, indignis sacerdotia cōferri, &c.) Cum uero hæc omnino de uobis uere, & toto orbe ea grauissimis querelis tot iam sculis detestante, confiteamini, qui audetis uobis sumere potestatem sacrosanctæ Synodi, & generalis, iudicium supremum in uniuersam Ecclesiam Dei? Quid, Ecclesiam? Imo in ipsum etiam uerbum Dei? Certe qui tam horrenda tenentur ambitione & avaritia, ut fugēt pastores ueros ab Ecclesijs Dei, priuent eas pabulo uerbi Dei: eripiāt eis bona, quæ pauperū sunt, conferant

## ANNOTATIONES.

coferant sacerdotia non indignis tantū, sed etiā  
indignissimis, & qui non possint inter Ecclesias  
Dei laicos locum habere: hi profecto agun-  
tur non Christi, sed Antichristi spiritu, ut  
Principis mundi, qui ab initio peccat, menti-  
tur, & homicida est. Quid igitur à uobis, & à  
uestra Synodo (siquidem id possitis, quod mo-  
lini, efficere) expectandum sit, quam ea,  
quorum fundamentū in quarta uestra sessio-  
ne tecisisti: Ut scilicet scripturam Dei erexitam  
omnibus & laicis et clericis pijs, impijs pha-  
risæis prodatis sepeliendam: & ut nomine tra-  
ditionum & interpretationum uestrarum, Al-  
coranū quendam pro Euangelio Christi con-  
fundatis, & Ecclesijs obtrudatis? Indeque nomi-  
ne executionis uestrorum decretorum, ciui-  
libus armis cuncta reliqua Europæ regna affli-  
cta & perdita, Turcis prorsus euertenda  
prodatis?

Quid enim horū est, quod negare possimus  
per hos annos à nobis factum esse.) Nihil sa-  
né. Sed nec ut facere ista omnia desinatis, spē  
ullam de uobis præbetis.

Quid hic aliud, q̄ flagitia nostra, et simul iu-  
stū Dei iudiciū uidemus.) Sanè flagitia uestra  
in his, & iustū Dei iudiciū uidetis: utinā etiā  
peruidea-

## ANNOTATIONES.

peruideatis, & animaduertatis, ut reuerti ad Dominum studeretis.

Si enim pro meritis nos castigaret, iam pri-  
dem sicut Sodoma & Gomorrha fuissimus.)  
Principes itaq; Sodomæ & Gomorrhæ repræ-  
sentabunt nobis Synodus Ecclesiæ Dei, per  
quam restitui debeat doctrina & disciplina  
Christi.

An ut uos cōfundamus? abfit.) At Daniel,  
cum populi sui peccata confiteretur, dicebat:  
Nobis confusio faciei, regibus nostris, princi-  
pibus nostris, & patribus nostris, qui peccau-  
mus tibi, quam confessionem & ipsi postea ag-  
noscitis.

Iudicium uero incipere nunc uidemus à do-  
mo Dei.) Quæ erat: nunc autem facta est spe  
lunca latronum.

Dum enim nunc ejciuntur sacerdotes.)  
Non sacerdotes, sed idola sacerdotum.

Quod si sal euauerit, ad nihil ualere ultra  
nisi ut ejciatur foras, & cōculcetur ab homi-  
nibus.) Non igitur iam sacerdotes, sed iniuti-  
le pondus terræ. nam infatuatus sal, ne quidē  
ut in sterquilinium ponatur, prodest.

In omnibus enim nostris afflictionibus ui-  
demus iudicium Dei, etc.) Vt inā. nam hoc si u  
deretis,

## ANNOTATIONES.

deretis, uera huic Dei iudicio occurrere peccata, non armis mundi huius obsistere laboraretis.

Quare nisi ille Spiritus nos apud nos metipos primū condemnauerit, nondū illū ingressum esse ad nos affirmare possumus, &c.) Et hæc uerissime confitemini. Dū igitur adeò nulū omnino proditis signū, animos uestros per spiritum S. de tantis uestris scelerib. esse condannatos, et uera eorū penitentia cōmotos, affirmare uestro ipso rū testimonio non potestis, Spiritū S. esse adhuc ad uos ingressum: imo ipsi agnoscitis, eū nec esse ad uos ingressurū, frustraque uos inuocare: Quod cū ita habeat, quis res Ecclesiarū Dei uobis possit iudicādas credere? Quis etiā, cui Ecclesia Dei cordi sit, uobiscum uelit de eius restitutione consultare?

Viuo ego, dicit Dominus, quia non respondebo uobis.) Quid igitur uos de rebus Ecclesie Dei iudicetis?

Abominationes patrum illorum ostende illic.) Boni igitur facite, quod has nos uobis abominationes ostendimus.

A detegendis nostris peccatis sermonis exordium uobiscū duximus.) Omnia necessaria, Sed oportebat uos accusare & omnia  
d peccata,

## ANNOTATIONES.

peccata, & adulteratæ doctrinæ, peruersiorumq; rituum cum primis, deinde etiam signū aliquod proferre institutæ correctionis.

Sua primum peccata, & nostri ordinis grauiter deflentes, atq; Dei misericordiam omnibus uotis implorantes.) O' nimium breuiter siccatas lachrymas, & non exuera tantorum penitentia profusum fletum: si tamen aliquos in hoc uestro confessu uidistis sua, & ordinis uestri peccata deflentes.

Ad erigendam, & instaurandam penè collapsam Ecclesiam.) Quod ad uos attinet, non penè, sed plenè collapsam: sed quam editis nos erigendæ rursus molitionem?

Nostri quidem temporis, & nostri status, in hoc præsertim Concilio, imaginem intueri possumus.) O' somniatam imaginem. Quid enim horum in uobis reipsa conspicitur?

Vestrum, qui duces estis populo Dei ad cœlestem patriæ contendenti, officium uidere.) Acuti oculi, qui uident, quæ nusquam sunt.

In quibus consilia omnium ducum populi explicantur, quæ hunc unum semper scopum habuerunt, &c.) Hunc scopum det Dominus & uos habere.

Eadem uero consilianobis, si felicē successū, & exitum

## ANNOTATIONES.

Exiitum expectare uolumus in instauranda Ecclesia, &c. ob quam causam laeti huc in spiritu conuenimus, sequenda erunt.) Omnia hæc sanctorum consilia uobis sequenda erūt. Horum igitur consiliorum aliquod tandem facite initium. Quæ enim quarta sessione uestra decreta fecistis, longe alia nobis consilia minantur, imo ostendunt.

Quò etiam maiora nobis certamina impendent instauraturis Ecclesiam, quam illis instauratis templum.) An uero non uictos uos in his certaminibus statim initio Concilij uestrī reipsa fassi estis, qui destitistis obtinere contrā Rom. Pontificem uestrum, & illi deuotos, ut cōcilio uestro titulum, representantis uniuersam Ecclesiam Dei, vindicaretis, eoq; & Pontificem, & eius Curiam, quibus nemo in orbe correctione magis opus habet, iurisdictioni uestræ subijceretis?

Hoc quidem sic habetote, nobis nec irrisores defuturos, nec qui maximis uiribus à cœpto opere nos deterreant, & auocēt.) Talem Pontificem, & aulam eius tales, cunctas ipsi uerè deuotas creaturas experti estis, & experi mini quotidie: quare igitur de eo non tandem quid orbem Christianum querimini? & con-

ANNOTATIONES.

tra illos uera spiritus arma sumitis?

Sed cum spiritualibus nequitijs in cœlesti-  
bus.) Sane. Det autem Dominus, ut id sentia-  
tis, & ne his ultra credatis.

Quare in eo cōfidamus, ipsum precibus in-  
uocemus, & ipse omnia perficiet.) Christus  
quidem Dominus his omnibus est potentior:  
si autem eo consideritis, uerisq; eum precibus  
inuocatis, id tandem re ipsa declarate, et opus  
aliquid reformationis edite. Id certè, quod ue-  
stra quarta sessione protulisti, demonstrat uos  
cōuenisse in nomine Antichristi. Christus e-  
nim scripturas suas et legi in fontibus, & legi  
ab omnibus, etiā uerti in omnes linguas uult,  
easq; cunctis quoq; præferri traditionibus, et  
interpretationibus, hasq; per ipsas scripturas  
iudicari. Vos autem solam uestram uitiosam la-  
tinam uersionem uultis haberi authenticam:  
& traditiones recipitis pari affectu cum scri-  
pturis. Et scripturarum interpretationem illis  
addicitis, qui maxima ex parte in scripturis  
aut omnino nihil norunt, aut peruersas uolūt.  
Hæc decreta non possunt esse, nisi opera An-  
tichristi.

Sedemus enim tanquam iudicantes duode-  
cim tribus Israël, quibus comprehenditur uni-  
uersus

## ANNOTATIONES.

uersus populus Dei.) Quare igitur non & Pontificem uestrum, & scelerum atq; flagitiorum omnium sentinam, illius curiam? Sed si pergetis, ut in quarta uestra Sessione cœpistis, non ad iudicandum, sed ad condemnandum uerum Israëlem, Deiq; populum consedistis.

Cùm uero de Principibus loquimur, tam de his qui Ecclesiastici uocantur, quam qui Seculares, loquimur.) Rectè quidem hoc. Vnde autem, quod dicitur de uobis, uos ad gratiam Rō. Pontificis à uera sententia deterritos, Bertoninum & Frisulanum episcopum, Petrum Paulum Vergerium, & alios quosdam doctos & pios, ad Concilium uestrum non admittere, sed insidijs Pontificis potius prodere? Ex adulantibus omnia Pontifici Rom. & propriæ peruersitati, Synodum potius replere?

Omne autem genus hominum condemnandi, &c.) Si in hac uestra Synodo locus est cōdemnandi omne genus hominum, et in primis uos ipsos: quare non & Pontificem uestrum, eiusq; curiam condemnatis ante omnes, cum id nemo sit grauius meritus?

Nimirum ut nostra, & simul Principum ac populi peccata flentes, confiteamur, &c.) Recte. Cur igitur non & Pontificis uestri & cu

ANNOTATIONES.

riæ eius peccata hic paulo specialius confitentiæ, & uoluntatem proditis aliquam illa corrigendi? Quæ nisi prima omnium tollantur, de Ecclesiæ reformatione uos quidem frustra consultabitis: quod nec ipsi diffitemini. Capite enim morbis pereunte, membris reliquis medicina frustra paratur.

Id quod planè in spiritu mceroris satis nunc abunde facimus.) O nimis leuem & momenta-  
neum mcerorem, qui adeò nullos adhuc pro-  
fert dignos ueræ pœnitentiæ fructus.

Vt difficile sit de unius ordinis peccatis inquirere, quin reliquorum simul ordinum peccata appareant.) Et hoc uere. Sed sacerdotum peccata sunt prima omnium uobis corrigenda.

Inter sacrum & profanum non habuerunt distantiam.) Hæc igitur peccata, contempta omnino, ac etiam depravatæ legis & doctrinæ, & sacri profaniq; in omnibus ritibus Ecclesiæ, & personis confusionem, cur non in primis & confitemini, & corrigeret enitimi? cum hæc peccata causæ sint & fontes omnium aliorum & uestrorum, & principum, & populi peccatorum.

Quæ utinam ad illa solùm tempora pertine-  
rent, ac non nostri quoq; temporis imaginem  
referrent.)

## ANNOTATIONES.

referrent.) Referunt enim nūm̄ expressam.

Vtinam huic maximam occasionem, maximam materiam & auctoritatem ipsos Principes, atq; ipsum populum dedisse negare possemus.) Maximam sanè occasionem, materiam & auctoritatem huic sacerdotū corruptelæ, isti dederunt, his rebus. Primum quod se à cognitione & iudicatione Ecclesiasticarum & rerum & personarum subduxerunt, & uos uestra ministeria, res omnes Ecclesiarum, uestris iudicijs permiserunt: adeò, ut pridem nec in electionibus et examinationibus prælatorū & ministrorū Ecclesiæ ferant suffragia, nec sententias dicāt in horum iudicijs. Deinde, quod opes omnes Ecclesiarum, uestræ dispensationi penitus crediderunt. Tertiò, quod has in immensum ex superstitione auxerunt, Ecclesiæq; externis ditionibus onerarunt, & oppresserunt, eaq; re prælatos regundis his ditionibus occupatos, sensim Ecclesijs eripuerūt. Quartò, quod eos etiā ipsi in aulas suas, & ad gubernacula Reipub. pertraxerunt. Quintò, quod Episcopatus & prælaturas cōferrunt, contempta canonica electione & examinatione, pro carnali fauore aut pecunia, aut propter secularia ministeria, uel præstata, uel

## ANNOTATIONES.

præstanda, ab ipsis, uel ab ijs ad quos illi perti-  
nent. Sexto, quid eis suo & omnium morta-  
lium iudicio exemptis, cunctorum scelerum  
& flagitiorum summam impunitatem conces-  
serunt, & conseruant. Verissime igitur uos  
querimini, principes & populos corruptelæ  
sacerdotum maximam dedisse occasionem, ma-  
teriam & authoritatem. Quasi culpa se uol-  
lunt exonerare, necesse est, ut primum eos qui  
omnino non sunt, nec esse uolunt Christi sa-  
cerdotes, religioniq; sacerdotij se (quam uer-  
bum Dei, & cum hoc consentanei canones  
requirunt) subiçere, sacerdotij etiam nomi-  
ne, loco, stipendijs, potestate abdicent: Sacer-  
dotij inquam, id est administrationis doctri-  
nae & disciplinæ Christi, non dico admini-  
strationis ditionum et opum, quæ ad Ecclesiæ  
delatae sunt: de qua ea ratio iniri potest, ut  
nemini quicquam eripiatur, quod ullo iure, ul-  
la æquitate, ulla humanitate retinere possit,  
& in administratione rerum Ecclesiasticarum  
quam minimum immutari necesse sit. Quo e-  
uim quisq; munere commodis Ecclesiæ & Rei  
pub. deseruire potest & uult, ei muneri meri-  
to applicari debet. Verum ut opibus & poten-  
tia Ecclesiæ Ecclesiam Dei oppugnet, & ua-  
stet,

## ANNOTATIONES.

stet, est nemini concedendum. Necessaria autem non corporis tantum, sed etiam honestae conditionis, quam conservari intersit Ecclesiæ et Reipub. ex opibus tam immensis, quibus Ecclesiæ oneratae sunt, merito subministrari debet: modo ex his prius constituantur, unde Christus Dominus in suis uerè pauperibus, (quorum, ut uos ipsi agnoscitis, sunt bona Ecclesiarum propria) digne sustentetur & foueat. Deinde opus est, ut ipsi in sacerdotes deligant, quos ueris pietatis fructibus deprehenderint a Domino ad id esse sicut instructos, ita etiam designatos. Horum tum sancto ministerio, id est ipsi Domini doctrinæ & disciplinæ subiungant se omnes: ipsos tamen homines, qui sacerdotio funguntur, quoniam homines sunt, & peccare possunt, sub Ecclesiæ & potestatis politicæ iudicio relinquant: uestrum uide licet Pontificem, & illius curiam, et Curtisanos: & arguet eos atq; condemnabit de peccato. Itaq; eos qui bene præsunt, & in uerbo & doctrinalaborant, duplii honore dignentur: ut tamen de necessarijs huius uitæ non ultra illis largiantur, quam opus eis sit ad ministeria sua sancte & utiliter præstanta, ne rursus præsentium rerum copia à cura abstra-

## ANNOTATIONE §.

bantur rerum spiritualium. Hanc sacerdoti  
bus suis uiuendi agendiq; religionē et conditio  
nem Deus ipse præscripsit: quare nulla alia uel  
Ecclesijs, uel sacerdotib. poterit esse salutaris.

Dum igitur Principes, quibus Dominus se  
cut omnium, ita & sacerdotum animas subie  
cit: & populi, quib. una cū principibus Deus  
ius & potestatem detulit, ut D. Cyprianus ex  
diuinis scripturis evidenter probat, eligēdi di  
gnos sacerdotes, uel indignos recusandi, sacer  
dotia restituere Ecclesijs Christi, quisque pro  
sua uocatione, summo studio elaborent, conta  
gione certè tenentur, ut & idem D. Cypria  
nus testatur, impietatis eorum, qui sacerdotia  
occupant in perniciem Ecclesiarum.

Fontes autem communium lachrymarum  
aperiamus.) Donet uero pastoribus uestris ue  
ram tantorum malorum, quæ Ecclesijs non in  
tulisti modo, sed adhuc etiam retinetis, agni  
tionem & pœnitentiam, quæ uerarum et Deo  
gratarū lachrymarū scaturiginē suppeditet.

Sic uero in summa seruiant, ut eorum offi  
cium in primis spectet ad honorem Dei, & uti  
litatem huius Concilij, quod propter publicū  
bonum est conuocatū.) Si sic uos seruire Pon  
tificiuestro uelitis, certè Ecclesijs Synodus ue  
stra

## ANNOTATIONES.

strā non commodare poterit.

Ne ad odium cuiusquam sententiam proferamus, etiam si contrā nos aduersarij, uel inimici & hostis personam gerat.) Hoc det uobis Dominus uerē & semper cogitare: sic facile cauebitis, ne quid uel ad gratiam Pontificis uestri, aut uestræ carnis, uel ad odium eorum qui uos & uestra ex uerbo Dei reprehendunt, statuatis.

Imitari nos oportet illum, qui eam primum formauit, &c.) Certe oportet. Ipse autē largiatur & efficiat, ut imitari eum uobis libeat. Id quod tum demūm facietis, si Pontificis & omnium mortalium personarum contemplatione submota, religiose inquiretis, quid pater uobis mādet cœlestis: Si scripturas eius solas uobis proponetis, ut ex quibus de Ecclesiarum restitutione statuere debeatis: Si patienter & benevolē audietis omnes eos, qui ex his uos officij uestri uolent admonere: Si tam multa priuadem grauiſſima uitia, in doctrina, disciplina et uita uestra, non potestis ignorare, ad horū correctionem uos cum primis accingetis, & fidē pijs ubiqs gentium hominibus facietis, studio uos teneri uero reformandi Ecclesiā, et in primis ministros earum. Nam totus orbis nouit

## ANNOTATIONES.

¶ deplorat, nullos inter homines uiuere uocatis prælatis & clero uitiosius. Si uitam deniq; citius in crucem offeretis cū Christo Domino, quam ut quicquam probetis, quod uerbo Dei damnatum est: aut condemnatis, quod Dominus uerbo suo uel requirit, uel probat.

Si precibus ab humili et cōtrito corde profectis, ipsum Christi spiritum, qui est pax nostra, inuocauerimus.) Cor huiusmodi inserat uobis Dominus.

Vtq; nos in omnibus ad ipsius honorem, ueram Ecclesiæ utilitatem regat, & dirigat.) At si hic uobis præsideat spiritus, lucemq; suā cordib; uestris infundat, arguet & condemnabit mundum in uobis, & per uos: quia mundum totum, ideo eos cum primis qui sunt ex mundanis primi: de iustitia, & iudicio, quod Christo scilicet non credunt, iustitiā eius cœlestem non modò nō querunt, sed hostilissime etiam oppugnant, devictamq; potentiam & tyrannidem principis mundi restituere, et Christi uictricem & salutarem potestatem deijcere & profligare satagunt.

Vt uno ore atq; uno spiritu Deum Patrē in Christo Iesu glorificemus, qui est Deus benedictus in secula, Amen.) Det uobis hic ipse benedictus

## ANNO TATIONES.

benedictus in secula Deus, agnoscere & perpendere, quam horibile ab ipso iudicium maneat omnes eos, qui ipsius nomen & uerbum uanè modò usurpant, non etiam impijs conatus prætexunt. Quod enim Deus in tam reprobum & perditum, atq; adeò uniuerso orbis perniciosum sensum suo iusto iudicio tradidit Rom. sedem, & curiam eius, cum deuotis tribus ipsi creaturis eius, tot iam seculis, hæc cum primis causa est, quod quanquam contra Christum moliatur & instituat omnia, Christi tamen uerbum & nomen, cunctis suis actionibus & molitionibus adeò impudenti impietate prætexere ubiq; audet.

Det igitur Deus uobis, qui spiritus est & ueritas, & uult in spiritu & ueritate coli & adorari, ut qui tam multa de Christo Domino, de spiritu et Ecclesia eius, de uerbo et iudicijs eius, de pœnitentia et precibus, de studio pietatis uerba facitis, de his rebus etiā serio aliquando cogitetis, Christumq; Dominū uerū & unicū caput, seruatoꝝ ac uindicē Ecclesiæ suæ agnoscatis, & adoretis uero corde: sic demū locum istū, quem uobis sumitis, tueri, et synodū Ecclesie Dei sanctam repræsentare, populoq; Dei consulere salutaria poteritis, et statuere.

DECREE

DECRETA SESSIONVM  
In Concilio Tridentino.

Decretum I.

SACROSANCTA Tridentina Syno-  
dus in spiritu sancto legitimē  
congregata, in ea præsidentibus  
eiusdem tribus Apostolicæ sedis  
Legatis, agnoscens cū beato Iaco-  
bo Apostolo, quòd omne datum  
optimum, & omne donum perse-  
ctum de sursum est, descendens à  
patre lumen, qui ī secundum qui postu-  
lant à se sapientiam, dat omnibus  
affluenter, et non improperat eis:  
& simul sciens, quòd initium sa-  
pientiae est timor Domini: statuit  
& decreuit, omnes & singulos  
Christi fideles in ciuitate Triden-  
tina congregatos, exhortandos  
esse (prout exhortātur) ut se à ma-  
lis & peccatis hactenus commis-  
sis emendare, ac de cætero in ti-  
more

more Domini ambulare, & desi-  
deria carnis deserere, orationibus  
instare, s̄æp̄ s̄æpius confiteri, eu-  
charistiae sacramentum sumere,  
& ecclesiastica frequentare, præ-  
cepta deniq̄ dominica (quantum  
quisq; poterit) adimplere, nec nō  
quotidie pro pace Principū Chri-  
stianorum, ac unitate Ecclesiæ pri-  
uatim orare uelint: Episcopos ue-  
rō, & quoscunq; alios in ordine sa-  
cerdotali constitutos, Oecumeni-  
cum Concilium in ea ciuitate cele-  
brâtes, ut assiduè in Dei laudibus  
incumbere, hostias, laudes & pre-  
ces offerre, sacrificiū missæ quoti-  
bet saltem die Dominico, in quo  
Deus lucem condidit, & à mor-  
tuis resurrexit, ac spiritū sanctum  
in discipulos infudit, peragere sa-  
tagant: facientes, sicut idem Spiri-  
tus sanctus per Apostolum præci-  
pit,

pit, obsecrations, orationes, pos-  
tulationes, gratiarum actiones  
pro sanctissimo Domino nostro  
Papa, pro Imperatore, pro Regis  
bus, & cæteris qui in sublimitate  
constituti sunt, ac pro omnibus  
hominibus, ut quieta & tranquil-  
lam uitam agamus, pace fruamur,  
& fidei incrementum uideamus.  
Præterea hortatur, ut ieiunent sal-  
tem sextis ferijs in memoriam pa-  
ssionis Domini, & eleemosynas  
pauperibus erogent: in ecclesia aut  
Cathedrali singulis quintis ferijs  
celebretur missa de Spiritu san-  
cto, cum letanijs, cæterisq; oratio-  
nibus ad hoc institutis; in alijs ue-  
rò ecclesijs eadem die dicantur ad  
minus letaniæ & orationes. Tem-  
pore autem quo sacra peraguntur,  
collocutiones et confabulationes  
non fiant, sed ore & animo cele-  
branti

branti adfistat. Et quoniam oportet Episcopos esse irreprehensibiles, sobrios, castos, domui suæ bene præpositos, hortatur etiam ut ante omnia quilibet in mensa servet sobrietatem, moderationem ciborum. Deinde cum in eo loco saepe ociosi sermones oriri soleantur, ut in ipsorum Episcoporum mensis diuinarum scripturarum lectio admisceatur. Familiares uero suos unusquisque instruat & erudiat, ne sint rixosi, uinosi, impudici, cupidi, elati, blasphemari, et uoluptatum amatores: uitia demum fugiant, & uirtutes amplectantur: & in uestitu & uultu, & omnibus actibus honestatem praeseferant, sicut debet ministros ministeriorum Dei.

Ad haec, cum huius sacrosancti Concilij præcipua cura, sollicitudo & intentio sit, ut propulsatis e  
haeresum

hæresum tenebris, quæ per totam  
nos operuerunt terram, Catholi-  
cæ ueritatis lux, Iesu Christo (qui  
uera lux est) annuente, candor pu-  
ritasq; refulgeat: & ea quæ refor-  
matione egent, reformatur, ipsa  
Synodus hortatur omnes Catho-  
licos hic congregatos, & congre-  
gandos, atq; eos præsertim qui sa-  
crarum literarum peritiā habent,  
ut sedula meditatione diligenter  
secum ipsi cogitent, quibus potis-  
simum uījs et modis, ipsius Syno-  
di intentio dirigi, et optatum esse  
Etum sortiri possit, quo maturius  
& consultius damnari damna-  
da, & probanda probari queant,  
ut per totum orbem omnes uno  
ore, & eadē fidei confessione glo-  
rificant Deum & Patrem Domi-  
ni nostri Iesu Christi.

In sententijs uero dicendis, iu-  
xta

Xta Toletani Concilij statutum,  
in loco benedictionis confidenti-  
bus Dóminis sacerdotibus, nul-  
lus debeat aut immodestis uoci-  
bus perstrepere, aut tumultibus  
perturbare, nullis etiam falsis ua-  
nis ue, aut obstinati disceptatio-  
nibus contendere: sed quicquid  
dicetur, sic mitissima uerborum  
prolatione temperetur, ut nec au-  
dientes offendantur, nec recti iu-  
dicij acies perturbato animo in-  
flectatur.

Insuper ipsa sacra Synodus sta-  
tuit & decreuit, quod si forte con-  
tigerit aliquos debito in loco  
non sedere, et sententiam etiā sub  
uerbo Placet proferre, congrega-  
tionibus interesse, & alios quo scū  
que actus facere, Concilio duran-  
te, nulli præterea præiudicium ge-  
nere, nulliq; nouū ius acquirat.

ANNOTATIONES IN  
Decreta Concilij Tridentini.

Pio Lectori S.

**D**amus tibi, pie lector, præclara illa de-  
creta sanctorum patrum, qui in Cœci-  
lio Tridentino præfuerunt, non minus apud  
homines absurdæ, quam erga Deum contume-  
liosa. Ea enim est antiqui generis humani ho-  
stis *fraus & malicia*, ut interdū se in angelum  
lucis transformet, quò plures decipiat, & in  
exitium trahat, etiam, si fieri possit, electos.  
Huius ad exemplum, uidentur istæ creature  
Papæ, quæ Tridenti principatum tenuerunt  
in Synodo, ut illi uocant, sacrosancta, omnes  
suas actiones instituisse. Etenim cū ad hoc de-  
lecti esse dicātur, ut uicia & corruptelas, quæ  
ipsorum uicio et negligentia paulatim in Eccle-  
siam Christi irrepserunt, sua nunc prudentia  
& pietate cognoscāt ac repurgent, re ipsani-  
hil aliud agunt, quam ut pristinam impietatem,  
idolatriam, & omnem peccandi licentiam  
confirment ac stabiliant. Id autem ut herisi-  
mili aliquo colore ab ipsis factū uideatur, ma-  
gnificos titulos subinde inculcant, & specioso  
Ecclesiæ uocabulo abutuntur, quam illi uesti-  
gia sui magistri, hoc est Satanae, cuius spiritu  
ducuntur,

## ANNOTATIONES.

ducuntur, sequuti, hostiliter insectantur.  
Hoc tamen discrimen inter illum magistrum  
& hos suos sectatores uideri possit, quod ille  
astutia et calliditate plusquam humana fucum  
posset facere hominibus, quamlibet exercita-  
tis: hi uero suam stultitiam atq; impietatem toti  
orbi terrarum stolidissime produnt. Nouerūt,  
qui mediocri prudētia præediti sunt, eoru frau-  
des, flagitia, fucos, & imposturas, etiam si nul-  
lus moneat: & tamen aliquo modo retegenda  
sunt latentes in istis sessionibus Cōcilij Tride-  
tini imposturæ, ne ad eundem impietatis lapi-  
dem simpliciores impingant. Qui uero medio-  
cri iudicio præediti sunt, & mores atq; impostu-  
ras istorum hominum aliquo modo nouerunt,  
facile quid in his subsequentibus decretis con-  
tineri possit, cognoscant, etiam si decreta ipsa  
sacrosanctæ Synodi non legant. Nam in ijs  
iacta sunt ea impietatis fundamenta, quæ post-  
ea erat in sequentibus confirmanda, ut ex uer-  
bis decretorum promptum est cognoscere.

Primo igitur in tota ratione procedendi suā  
impietatem atq; auaritiam produnt isti decreto-  
res, cum de præbēdis, præstimonijs, ut illi uo-  
cant, & alijs redditibus Ecclesiasticis, qui ad  
tuendum illum splendorem & terrificam pom-

## ANNOTATIONES.

pam ualde conducunt, in primis sunt solliciti, multumq; uerborum in eis conquirendis ac distribuendis profundunt. De doctrina uero, quæ totius controuersiæ caput est & fons, leuiter ac perfunctorie faciunt mentionem, nō tamē sine manifesta Dei contumelia. Hæc autem prima cura esse debebat in Cœilio legitime congregato, ut certa & firma religionis doctrina stabiliretur, non aliunde quam ex sonibus sacrarum literarum petita, & manifestis prophetarum & apostolorum sententijs confirmata. Deinde mores hominum iuxta eandem doctrinam ritè componendos informadosq; curarent. Postremo, si uideretur, quomodo reditus Ecclesiastici, qui ad conservationem Euangelici ministerij, & propagationem uerae doctrinæ, scholarumq; instaurationem instituti sunt, legitimè distribuerentur prudenter etiam considerarent. Nunc uero nostræ creaturæ, quod ad explendas eorum uoluptates pertinet, præcipue curant: doctrina apud eos, quæ prima esse debebat, hæret in postremis, aut ut uerius dicam, nullum habet locum, nisi ut magis ac magis deprauetur. Hoc nimirum est præclarum aucupium; is quæstus est illis multo uberrimus, Interim uero, Deum immortalem,

## ANNOTATIONES.

lem, quām religiosi uideri uolunt? Nemo in cō  
cilio primatum loquitur. Omnes congregan-  
tur in spiritu sancto: scilicet, quem uerius spi-  
ritum uirginis, qui hos impostores transuer-  
sus agit, queas appellare. Is dicitat sententias  
celo delapsas, uel sane in cerebro perdit: si-  
morū hominum excogitatas. Postea ipsa sacro  
sancta Synodus, quæ non potest errare, pro-  
nunciat oracula. O inauditam blasphemiam,  
subito fulmine de celo puniendam, &  
extinguendam.

Semper habent in ore magnifica illa uerba,  
Sacrum cōcilium, Sacrosancta synodus, Ec-  
clesia Dei, Ecclesia catholica, Vicarius Chri-  
sti, Successor Sancti Petri, & hoc genus alia  
speciosa uocabula, ut isto splendore uerborum  
fucum faciant imperitioribus. Retegenda i-  
gitur est istorum fraus, atq; eorum opinio mi-  
nuenda: qui cum istas uoces audiunt, uel opi-  
nione religionis terrētur: uel eam quam signi-  
ficant sanctimoniam in hominibus qui eas sibi  
falso usurpant, etiamnum hærere arbitrātur.  
Quare cum audis Sacrum cōcilium, sacrosan-  
ctam synodum, tecum cogita id quod res est,  
nihil aliud esse, quām confusam quandam pro-  
fligatæ mentis hominum turbam, quæ instin-

## ANNOTATIONES.

Et uero Romani Pontificis, hoc est ueri Antichristi, Tridenti fuit congregata, ut illustratam in hoc tempore cœlestis doctrinæ lucem, sua superstitione, imposturis, atq; alijs infinitis malis artibus extinguant, & suam tyrannidem quo, cunq; id fieri poterit modo amplificatam, stabiliter antetur.

Rursus cū audis Ecclesiam Dei, Ecclesiam catholicam, eam tantummodo esse puta, quæ ex nervis Antichristi, qui est caput, & uelut angularis huius structuræ lapis, ex columnis flagitiorum atq; impietatis, ex lapidibus crudelitatis & tyrannidis est fabrefacta: quibus ex rebus constat tota hæc machina & structura, cuius caput Papa est: creaturæ tanquam reliqua corporis mēbra sunt Cardinales, satellites & ministri, monachorum cateruæ, & collegia canonicorum: procuratores atq; aduocati, Theologi, et impie Academie, ut est Louaniensis, Parisiensis, & omnes quæ sunt in Hispania, qui omnes tanquam fideles alumni dignitatem autoritatemq; istius uere perniciose capit, & suarum creaturarum, quorum reliquias bene munitur istorum culina, totis uiribus tueri conantur.

Præterea cum audis uicarium Christi, intellege

## ANNO TATIONES.

lige uerum Antichristum, aduersarium atque  
inimicum Christi, uerum illum perditionis ho-  
minem, ueram abominationem desolationis,  
quæ pulso per uiolentiam & fraudem Chri-  
sto, se collocat in loco sancto, sibi tribuit diui-  
nos honores, proq; Deo ipso cupit adorari.

Hæc est eius abominandæ creaturæ uera  
definitio, quæ officium tanquam absentis sibi  
usurpat, cum perpetuò habeamus præsentem  
Dominum. Habet Ecclesia Dei semper præ  
sentem & gubernantem sponsum suum Chri-  
stum Iesum, liberatorem nostrum. Ergo non  
indiget ullo uicario, qui uices absentis gerat.

Iuxta hanc significationem si has uoces in-  
telligas, natuum et genuinum illarum intelle-  
ctū habebis, quoties in scriptis aut uerbis Pa-  
pistarū uel eas legeris, uel audiueris. Iam ergo  
mihi considera, lector, quid ab istiusmodi ho-  
minibus, uel potius Satanæ furijs erit expe-  
ctandum.

Primum igitur ipsa loquitur sacro sancta Sy-  
nodus Tridentina. Attende igitur ne te deci-  
piat, & iuxta definitionem traditam, eius lin-  
guam, sermonem, & mentem intellige: quam  
nullo negotio percipies, etiā si Synodū ipsam  
sacrosanctam loquentem non audias, modo re-

## ANNOTATIONES.

gulam teneas. Neq; enim synodus est, neq;  
sacrosancta, neq; loqui potest. Sed est ma-  
nus quædam latronum undiq; sine discrimine  
confluētum, atq; unum in locum ex membris  
uerissimi Antichristi copulata: cuius omnes  
qui in ea sunt, spiritu, fraude, imposturis, et fla-  
gitij cumulate referta, aduersus Deū patrem,  
aduersus Dei filium liberatōrē nostrum Iesum  
Christum, aduersus omnia Christi membra,  
qui in spiritu et ueritate Deum colunt, flagitio  
fissimē coniurauerunt. Quid enim aliud esse  
potest iſiūsmodi Satanæ conciliabulū, in quo  
prætextu pietatis, re uera hoc agunt hæc Anti-  
christi mancipia, ut suo uentri bene sit, utq; do-  
ctrina uera de filio Dei inde ab initio Ecclesie  
tradita extirpetur, atq; ex animis & memoria  
hominum funditus tollatur? Hæc profecto  
ueriora sunt, totoq; orbe terrarum manifesto-  
ra, quam ut ulla indigeant probatione. Consu-  
lia autem hæc omnia, non ab Apostolicæ sedis  
legatis, neq; à reliquis miseris hominibus qui  
ex alijs nationibus decepti in illam confusam  
turbam peruersorum hominum confluxerūt,  
profecta sunt, neq; excogitata. Nam eorū ma-  
xima pars stolidissima est, alij homines turpissi-  
mi, & nefandissimi: alij rursus in cæcam libi-  
dinem

## ANNOTATIONES.

dinem uoluptatum atq; ambitionum ruentes,  
omne genus turpitudinis honores ac diuitias  
quomodocunq; parias querunt, doctrinam, e-  
ruditionem, omneq; studium uirtutis superbis-  
simè contemnunt. Sed ab illa callida meretri-  
ce Romana, ab illo inimico Dei, ab illo in qua  
silicernio Romano Papa inuēta consilia sunt,  
ut reges terræ, alioqui ad extremam crudelita-  
tem atq; impietatem labentes, de poculo inau-  
rato suæ fornicationis inebriet. Istius profe-  
cto tanta est uafricies & impostura callida, ut  
meritò à quibusdam uiris prudentibus sit dubi-  
tatum, utrum re uera sit corpus humanum ue-  
ra hominis anima communī more hominū ani-  
matum, an uero spectrum aliquod Satanæ, spi-  
ritu diaboli agitatum, ex ipso tenebrarum re-  
gno in hāc lucem emissum, ut serat inter prin-  
cipes terræ dissidia, & miserorum hominum  
animas secum in exitium trahat? Illud tantū  
sibi habet propositum, ut suos spurios & faci-  
norosos filios, quos uerius portenta Satanæ  
quam homines dicas, in amplissimo dignitatis  
gradu possit locare, atq; ipse infinitis uoluptatū  
generibus, quamdui hac tenui lucis usura frui  
poterit, diffluat, ac perfruatur. Nam de vita  
eterna, de animorum immortalitate post mor-  
tem,

## ANNOTATIONES.

tem, nō dubitat ille quidē, ut in reliquis Italiae  
Academijs, atq; ab alijs uiris amplissimis du-  
bitatur: sed plane credit, sibiq; habet persuasi-  
sum, nullam prorsus superesse. Ad conse-  
quendum ergo istud animi sui propositum, ami-  
citiam summorum principum, eamq; prætextu  
pietatis ac religionis conciliatā, pernecessariā  
sibi fore putauit. Neq; id iniuria, mea quidem  
sententia. Tantum enim suis adulatio[n]ibus  
& blandimentis potuit efficere, ut non solum  
ingentem pecuniæ uim sibi & suis comparau-  
it, sed alterum filiorum ducem Parmæ ac Pla-  
centiæ, alterum ducem Camerinū creauerit,  
uirunq; ex illa suæ Camerinae illu[er]ione pro-  
creat[ur]. Taceo nunc Cardinales, Episco-  
pos, & alios excelsæ dignitatis titulos, quibus  
suos omnes cumulauit. Quin etiam eo per-  
uenit impudentiæ, ut posteaquam Florentiam  
& Liornam trecentis millibus coronatis emit-  
ab Imperatore, prompta etiam pecunia Duca-  
tum Mediolanensem uoluerit emere ab eodem  
Carolo Imperatore, qua est audacia. Hunc  
autem Imperatorem et reliquos Christiani or-  
bis reges, filios dilectos appellat, cū re ipsa om-  
nes ad unum extremo odio prosequatur. Sa-  
lutem & Apostolicam benedictionem illis mit-  
tum

## ANNOTATIONES.

tit, cum ipse probè sciat, se uerissimum Satanae  
mancipiū neq; salutem habere, neq; apostoli-  
cam benedictionem. Interim ipse suauiter gau-  
det in sinu, & tacitus apud se mirificos plan-  
sus agit, quod uanissimo lenocinio uerborū po-  
test demulcere animos tantorū Principum: si-  
gnificans se id illis impertiri, quo ipse caret, et  
quid omnino sit prorsus ignorat. Quod autē  
præcipuis orbis terrarum monarchis tā pul-  
chrè possit oblinere os, & suauiter eludere, et  
sicut boues sub iugo trahuntur, ita etiam eos in  
officio sancte obedientiæ continere, id uero  
serio triumphat, id uero in primis sibi palma-  
rium putat. Perfunditur ille quidem incredibi-  
li uoluptate, cum intuetur se summū regni cœ-  
lorum esse deum, qui templo celi summo soni  
tu concutit: sed ueniet breui tempus, & nunc  
instat, in quo se, & suos omnes, non modo suis  
sedibus pulsos, sed etiam ad extremam illam  
inopiam, & quam usque adeò nunc deprecantur,  
turpem ac fcedam mendicitatem uide-  
bit redactos.

Statuit ergo decreuit sacro sancta Synodus,  
omnes & singulos Christi fideles in ciuitate  
Tridetina congregatos, exhortados esse, etc.)  
Vide quam suauiter ludant isti impostores,  
ambiguitate

## ANNOTATIONES.

ambiguitate uerborum. Christi fideles adhortantur Tridenti congregatos, qui cum nullus eum in locum conuenerit, qui uerè sit Christi fidelis, sequitur totam istam admonitionem ad neminem omnino pertinere. Neq; enim omnes ego qui Tridenti fuerunt condemnō, sed eos qui se Apostolicos legatos appellant, & reliquos eiusdem ordinis satellites, in eodē cum ipsis ludo edoctos ad impietatem, Christi esse fideles pernego. Hos ego uentri fideles, non Christi fideles iure appellabo, dum eos Romanæ meretricis mancipia esse, & in ministerio impietatis uersari videbo. Desinat igitur ini ni uerborum ambiguitate ludere, & se ipso uere adhortentur: immo re ipsa præstent, quod ab alijs postulant, uidelicet ut deserant desideria carnis, abiijcant suas priuatas cupiditates, pellant ex animis insatiabilem atq; exitialem ambitionis morbum, quo penè ad unū omnes tenentur: fugiant idolatriā, abominentur istam meretricem Romanam, cum qua plerique omnes pulso timore Dei, sine fine scortantur. Hæc si opere ipso præstiterint, magis admonebunt populum exemplo suo, quam si sexcentas istiusmodi inanes præceptiones magnifico titulorum apparatu cōsignatas, in lucē emiserint.

Nec

## ANNOTATIONES.

Nec non quotidie pro pace Principū Christianorum, ac unitate Ecclesiæ priuatim orare uelint.) Si pilum haberent mentis, aut pudoris, isti sectatores Antichristi, cū suo patre diabolo, hoc est cum illa meretrice Romana, quam Daniel propheta & Paulus Apostolus abominationem desolationis appellant, quæ sedet in loco sancto, seq; tanquam Deum ostentat hominibus adorandam: puderet illos id emittere in uulnus, quod pueri sciunt non solum esse falso sumum, sed eos etiam ex diametro contrarium conari. Sed omnino nihil eos pudet, planeq; sunt ad omnia ingentia facinora & cogitanda & perpetranda imperterritæ impudenter. Quis credat istam meretricem Romanam, pacem inter principes Christianos optare, cum uideat eam nihil aliud quam cædes & sanguinem spirantem, atq; in hoc solum intentam esse, ut desolatione ac crudelitate uniuersam Ecclesiā Dei peruerset ac populetur? Arbitratur fortasse, ubi præcipuā Europæ partem cruento bello implicauerit, melius fore suā rem constabilitam. Sed longe errat: atq; ita errat, ut breui potius ipsa suum interitum uisura sit, pro eterna et salutari Seruatoris nostri doctrina, quam ipsa suo nefario scelere cupit peruastare.

## ANNOTATIONES.

uastare. An putat esse truncos aut stipites homines, qui hodie in mundo uiuunt, ut non intelligent, ubi nata sint ista scelerata consilia? ubi primum constituta? ubi postea incrementum suscepérint? ubi tandem, & quibus fraudibus in lucem eruperint? Certè pueri etiam nouerunt, in hac urbe Roma, ante annos multis esse ab inimicis Christi hæc nefaria consilia de bello aduersus Deum eiusq; doctrinam suscipiendo, cogitata. Nouerūt item, ante annos tres Busseti esse planè constitutū, ut informem istum partum, quem diu parturuerunt in animo suo homines scelerati, prima opportunitate in lucem ederent: quo in loco duo tantū homines apud istam meretricem Romanam in colloquium uenerūt, quorum alter habet iam quod promeritus est, alter Deo uolēte propediem est habiturus. Etsi enim desint homines in mundo, qui de ipsis crudelissimis tyrannis dignas pœnas sumere possint, certè nō deserunt lapides, qui contra eos insurgant: nō deserunt fulmina de cælo, quæ funditus eos, uemeretur, extinguant. Hæc impia consilia uel pueris ipsis nota sunt: & profectò Corebo ipso stultiores iudicādi erūt, si ea latère posse arbitrantur. Iam uero ad palliāda quasi uelamine quo-

## ANNOTATIONES.

ne quodā superstitionis hæc nefanda scelera,  
instituit concilium Papa, hoc est Antichristus  
Romanus. Ac in eo, Di boni, q̄ seriō, quam  
stultas nugas proponunt satellites istius prædo-  
nis, qui fuerunt congregati Tridenti, & ma-  
gno quodam apparatu sessionum, quasi ex tri-  
pode dixerunt sententias, de confessione, de  
missis, de iejunio, de ordine in quo debeant se-  
dere, & hoc genus alijs nugamentis, non mi-  
nus stultis quam impijs.

Et quoniam oportet Episcopos esse sobrios,  
castos, domui suæ bene præpositos, &c.) Hic  
uides lector, qua religione tractent sacras lite-  
ras hæc mancipia turpitudinis & fœditatis.  
Cum enim citant Pauli locum qui est in tertio  
capite prioris Epistolæ ad Timotheum, in quo  
iubet Spiritus sanctus Episcopum esse oportet  
reirreprehensibilem, unius uxoris virum, so-  
brium, &c. illam particulam, seu potius illud  
expressum præceptum Dei, quod præcipit di-  
sertis uerbis, Episcopum esse unius uxoris vi-  
rum, consulto & malitiose prætermiserunt.  
Nam ut sunt omnes infanda libidine contami-  
nati, & omnem castitatem oderunt, & legiti-  
mum usum matrimonij, tanquam nefarij nebu-  
lones abominantur, Quid est quæso aduersus

## ANNOTATIONES.

Deum & sacras literas blasphemare, si hoc non est? Iubet Spiritus sanctus, ut legitimam uxorem habeas, cum ea iuxta ordinationem Dei castè uiuas, nullis uagis libidinibus inquietatus. Iubet ex aduerso Papa, nullā legitimam uxorem habeas: grassetur sine fine & modo impotenter tua libido, in omni genere turpidinis te exerceas, nullo non flagitio deformatus. Quæ unquam alia esse poterit uerior Antichristi imago, q̄ hæc est. Hoc in primis habere studio uidetur, ut ex diametro ea faciat et dicat, atque alijs imperet, quæ simpliciter sunt cum expresso uerbo Dei pugnantia præcepta. Quod autem alijs edicit caput ipsum abominationis reliquis suis membris, præclare ipse prior in suis actionibus præstat. Nam cum ante annos aliquot uirginem quandam per uim fuerat ipse Antichristus, publicè hoc ipsum memorandum facinus euulgauerunt, à Papa esse magna cum gloria perpetratum, quasi clauam extorisset e manu Herculis, ut homines scirent ipsum Papam cum aliqua foemina hominum more (quod raro solet) habuisse consuetudinem. Quo ex facto reliqua eius flagitia, quæ solet in Deum & homines committere, contimentur. In istis autem, atq; alijs eius & suarum

## ANNO TATIONES.

suarū creaturārum impijs factis et decretis re-  
futandis, nō multū operæ nobis ponendū esse  
putauimus, cūm quōd nimis scelerata sunt,  
et honestis auribus indigna, tum etiam quōd  
non tanti ea facienda iudicauimus, ut commu-  
ni sensu præditus lector, in eis legendis remo-  
retur. Tantum imperitiores admonere uo-  
luimus, ut ne ad eundem impietatis lapidem  
cum istis facinorosis hominibus impingerent:  
et si qui forte ignorance aliqua ducti impe-  
gerunt, admoniti iam tandem resipiscant.  
Nunc igitur satis sit fontes atque origines, ex  
quibus hæc prava consilia pro-  
manarunt, aliquo modo  
ostendisse.

DECRETVM II.

**I**N nomine sanctæ & indiuiduæ  
Trinitatis, Patris & filij & spiri-  
tus sancti. Hęc sacrosa...ta & Oe-  
cumenica & generalis Tridenti-  
na Synodus, in spiritu sancto legi-  
timè congregata, in ea præsidenti-  
bus eiusdem tribus Apostolice se-  
dis Legatis, magnitudinē rerum  
tractandarum considerans, præ-  
sertim earū quae duobus illis Ca-  
pitibus de extirpandis hæresib.  
& moribus reformatiōnēs contine-  
tur, quorum causa præcipue est  
congregata: agnoscens autem  
cum Apostolo, non esse sibi collu-  
ctationem aduersus carnem et san-  
guinem, sed aduersus spirituales  
nequitias in cœlestibus cum eo-  
dem, omnes et singulos in primis  
hortatur, ut confortentur in Do-  
mino,

mino, & in potentia uirtutis eius,  
in omnibus sumentes scutum fi-  
dei, in quo possint omnia tela ne-  
quissimi ignea extinguere, atq; ga-  
leam spei salutis accipient, cū gla-  
dio spiritus, quod est uerbū Dei.  
Itaque ut hæc pia eius sollicitudo  
principium & progressum suum  
per Dei gratiam habeat, ante om-  
nia statuit & decreuit, præmitten-  
dam esse confessionem fidei: Pa-  
trum exemplum in hoc sequuta,  
qui sacratioribus Concilijs hoc  
scutum contra hæreses, in princi-  
pio suarum actionum opponere  
consueuere, quo solo aliquando  
infideles ad fidem traxerunt, hæ-  
reticos expugnarunt, & fideles  
confirmarunt. Quare symbolum  
fidei, quo sancta Romana ecclesia  
utitur, tanquam principiū illud,  
in quo omnes qui fidem Christi

profitentur, necessariō conueni-  
unt, ac fundamentum firmum,  
contra quod portæ Inferi nun-  
quam præualebunt, totidem uer-  
bis, quibus in omnibus ecclesijs  
legitur, exprimendum esse cēsūt:  
quod quidē huiusmodi est. Cre-  
do in unum Deum, patrem omni-  
potentem, factorem cœli et terre,  
uisibilium omnium & inuisibili-  
um: & in unum Dominum no-  
strum Iesum Christum, filiū Dei  
unigenitum, & ex patre natum,  
ante omnia secula: Deū de Deo,  
lumen de lumine, Deum uerum  
de Deo uero: genitū, nō factum,  
consubstantialē patri, per quem  
omnia facta sunt. Qui propter  
nos homines, et propter nostram  
salutem, descendit de cœlis, & in-  
carnatus est de spiritu sancto ex  
Maria uirgine, & homo factus  
est:

est: Crucifixus etiam pro nobis,  
sub Pontio Pilato passus, & sepul-  
tus est. Et resurrexit tertia die se-  
cundum scripturas, & ascendit in  
coelum: sedet ad dexteram Patris,  
& iterum uenturus est in gloria iu-  
dicare uiuos & mortuos: cuius re-  
gni non erit finis. Et in spiritum  
sanctum Dominum, & uiuifican-  
tem, qui ex patre filioque procedit:  
qui cum patre & filio simul ado-  
ratur, & conglorificatur: qui locu-  
tus est per prophetas. Et unam  
sanctam Catholicam & Apostoli-  
cam Ecclesiam. Confiteor unum  
baptisma, in remissionem pecca-  
torum: & expecto resurrectionem  
mortuorum, & uitam uenturi se-  
culi, Amen.

Eadem sacrosancta Oecumeni-  
ca & generalis Tridentina Syno-  
dus in spiritu sancto legitimè con-  
gregata,

gregata, in ea pr̄esidentib. eisdem  
tribus Apostolicæ sedis Legatis,  
intelligens multos pr̄aelatos ex di-  
uersis partibus accinctos esse iti-  
neri, nonnullos etiam in uia esse  
quo huc ueniant: cogitansq; om-  
nia ab ipsa sacra Synodo decer-  
nenda, eo maioris apud omnes  
existimationis & honoris uideri  
posse, quo maiore fuerint & pleni-  
ori Patrum concilio & pr̄estan-  
tia sancita & corroborata: statuit  
& decreuit, futuram sessionē post  
pr̄esentem, celebrandam esse die  
Iouis quæ subsequitur dominicā  
cam Lætare proximē futuram. In  
terim tamen nō differri discussio-  
nem & examinationem eorum,  
quæ ipsi Synodo discutien-  
da & examinanda ui-  
debuntur.

ANNO'

ANNOTATIONES IN  
Secundum decretum.

**Q**uam grauiter hæc Sacrosancta Synodus incipit à nomine sanctæ & indiu-  
dus Trinitatis, Patris & filij & spiritus san-  
cti: quasi aliquis angelus de ccelo lapsus, prode-  
at in hanc lucem, ex arcano cōsistorio supre-  
mi numinis missus, ea secreta Dei patris conse-  
lia proditurus sanctis patribus Tridenti con-  
gregatis, quæ Paulus ipse raptus in tertium cœ-  
lum uidere non potuit, q̄: æq; negat fas esse ho-  
minibus reuelari. Projectò si faciem uerbo-  
rum inspicias, dicas decretum aut sessionē esse  
quantiuis precij. Quid dignum tanto feret hic  
promissor hiatu? Ipsa uidelicet sacrosancta  
Synodus loquitur, quæ suo iudicio errare non  
potest. Venerabundi ergo audiamus eius ora-  
culariā de autore nefas erit dubitare, ut quem  
sciamus (ut Socratis uerbo utar) οὐδὲν εἴη  
τοῦτο τινα εἴν.

Hæc sacrosancta & Oecumenica, & ge-  
neralis Tridentina Synodus, in spiritu sancto  
legitimè cōgregata.) Vtrunq; hoc falsum est:  
effluet. Ino hæc omnia uerba impia & false  
sunt, tantum ad feriendos animos imperito-  
rū comparata. Nam hæc Synodus Tridentina,

f s neg;

## ANNOTATIONES.

neq; sacro sancta est, nec Oecumenica, nec generalis: nec in spiritu sancto, nec legitimè congregata. Sed est impia, blasphema, papista, paucorum latronum, in spiritu diaboli, contra omne ius & fas instituta, & ad perpetrandā horribilia facinora congregata.

Id autem esse uerissimum reperies lector, si consilia istius piratæ Romani & suorum mandatorum diligenter expendes, eaq; ad amissim & quasi certissimam regulam earum definitio num contuleris, quas in superiore decreto tradidimus, non aliunde quam ex ueris fontibus & medullis ipsarum causarum extrectas, & uelut exædificatas.

Duo præcipue capita se hic expendere uelle pronunciat ipsa Synodus. Quo autē ore id pronunciet, non satis assequor. Nondum enim uidimus eius formā: nec planè constat, utrum uir sit, an fœmina hæc sacra Synodus. quæ rā multe potest fundere irrefragabilia decreta. Vtruncunq; tandem sit, nō ita multum refert: siquidem apud Italos nullum inter utruncunq; genitus ponitur discrimin. Illud in quæstione est, quo ore tandem loquatur? Alioqui dubium non est, si quis formam requirat, esse Hermaphroditum quendam, cuius naturam ignorat nemo: aut

## ANNOTATIONES.

aut certè Chimæram quandam, quæ tamē suum paulo post sortietur Bellerophontem: de qua Homerus πρόδε λέων, ἀπίθη δὲ φοιτῶν, μέσην τε χιλιάρχον. Tam confusum et male compositum Chaos, quid aliud quam in cōditas planeq; inhumanas uoces poterit proferre? Si tria capita hic tractare uoluisset sacrosancta Synodus, multo fuisse cōgruētius, ut numero sane quæstionum æquasset numerū triū Legatorū sedis apostolicæ, hoc est tria capita illius horrédi monstri Chimeræ, quod ex tribus monstrosis animantib. dicitur fuisse compositū. Sed quod duas hic tantū quæstiones tractare uelit, arbitror in causa esse, quod aliquis paulo ante Lutherus, tanquam Bellero phō quispiā, unū ex illis tribus capitibus fecit, hoc est supremū gradū de triplici quo solo let esse ornata diademate illa bestia, perfregit. Sequetur propediem Deo uolēte, qui reliquos duos diadematis gradus, et simul cum eis caput ipsum monstri conterat et confringat. Interim loquatur sane hoc monstrū, si uidetur, in Con cilio Tridentino. Nam hoc uerè suspicor esse bestiæ os, quod loquitur nomine Sacrosancti Cōciliij, in quo tamen nihil prorsus oris possit cognoscere. Duas igitur quæstiones tractandas

## ANNOTATIONES.

des sibi proposuit: alterā de extirpandis hæresibus, alterā de reformatiōnē morib⁹, quārum utrāq; ex animo ipsi oderunt. Nam, ut Christus ait, Omne regnum in se diuisum defolabitur. Si ergo Belzebub in nomine principis dæmoniorum pellit dæmonia, regnum ipsius diuisum erit, ac proinde citò effetruetur. Ad eundē modū, si magna illa bestia Romana cū suis tribus capitib⁹, Legatis sedis apostolicæ, & reliqua turba creaturarum & perditorum hominum, uolunt exuirpare hæreses, se ipsos primum extirpent necesse est, ut qui sunt re uera omnium hominum qui hodie uiuunt, hæreticissimi: quorum regnum, uidelicet inter se diuisum, breui sine ulla dubitatione raditus est interitum. Iam de reformatiōne morum, non arbitror eos usq; adeo esse mente captos, ut credat homines iam esse in mundo tam stultos & insanos, qui putēt, ab eis mores corruptos esse reformatos, quibus multis iam sculis iste sol nihil uidit uel sceleratus, uel abominabilius. Deinde iubent sumere gladium spiritus, quod est uerbum Dei. Sed quia ipsum spiritualem gladiū non nouerunt, ad arma carnalia configiunt: secures, gladios, bipennes, & reliquam homicidarum panopliam sumūt, ut fundant

## ANNO TATIONES.

Et fundant Christianum sanguinem: non post-  
turi furorem, donec seipsoſ & suas animas in-  
nocentum hominum cruce rēspergant. Sed  
sciant omnes isti imitatores patris ſui diaboli,  
qui ab initio eſt homicida, ſicut iſti ſunt, quoſ  
gutæ Christiani ſanguinis fuerint effusæ in  
hoc bello, totidem diabolos obſeffuros animas  
omnium iſtorum homicidarum, qui eas horri-  
bili & ſempiterno cruciatu dilaniabunt ac  
dicerent.

Postremo, ut religioſi uideātur, recitat ſym-  
bolum Apoſtolorum, ſed ea prorsus mente &  
intelligētia, quæ pſittaci ſolent humana uerba  
proferre. Etenim, ſi recte eos noui qui Tri-  
dentini fuerunt, auſim periculo capitis mei ſpon-  
dere, nemineſ fuiffe uel Legatorū, uel reliquo  
rum Cardinalium, aut Epifcoporum, qui recte  
poſſit uel intelligere, nedū præſtare, ea uerba  
quæ in hoc Symbolo continentur. Quod ſi  
forte contendent aliqui doctiores, ſe probē in  
hoc compendio agnoscere & intelligere ſum-  
mam Christianæ religionis, hos ego rurſus  
impietatis coarguo, & uerbum ipſius Christi  
obiicio: Seruus qui nouit uoluntatem domini,  
& reiſa eam non præſtat, plagiſ uapulabit  
multis. Quid enim aliud eſt peccare in ſpiri-  
tu.

## ANNO TATIONES.

tum sanctum, quam agnitā ueritatē uel neglī-  
gere, uel impugnare, cuius criminis nullam  
unquam, nec in hoc seculo, nec in futuro re-  
missionem consequentur. Esto igitur ratum &  
cōstitutum, Bestiam ipsam Romanam cum su-  
is omnibus creaturis, quæcunq; intra fines il-  
lius Satanici regni continentur, uel peccata  
omnia extreme pertinaciæ, crudelitatis, malo-  
ciæ, et horribilium flagitiorū aduersus Deum  
patrem & Deum filium peccare: uel pecca-  
tum blasphemiae contra ipsum spiritum sano-  
ctū, cuius nulla fiet in ullo tem-  
pore condonatio, com-  
mittere.

DEC RÉ

DECRETVM III.

S Acrosancta Oecumenica &  
generalis Tridentina Syno-  
dus, in Spiritu sancto congrega-  
ta, præsidētibus in ea tribus Apo-  
stolice sedis Legatis, hoc sibi per-  
petuò ante oculos ponens, ut su-  
blatis erroribus, puritas ipsa Euā-  
gelij in Ecclesia cōseruetur, quod  
promissum antè per Prophetas in  
scripturis sanctis, Dominus no-  
ster Iesus Christus, Dei filius,  
proprio ore primū promulga-  
uit: deinde per suos Apostolos  
tanquam fontem omnis & aluta-  
ris ueritatis, & morum disciplinę,  
omni creaturæ prædicari iussit:  
perspiciensq; hanc ueritatē & di-  
sciplinam contineri in libris scri-  
ptis, & sine scripto traditionibus,  
quæ ipsius Christi ore ab Aposto-  
lis

lis acceptae, aut ab ipsis Aposto-  
lis, Spiritu sancto dictante, quasi  
per manus traditae, ad nos usque  
peruenient, orthodoxorum Pa-  
trum exempla secuta, omnes li-  
bros tam ueteris quam noui Te-  
stamenti, cum utriuscumque unus Deus  
sit author, nec non traditiones ip-  
sas, tum ad fidem, tum ad mores  
pertinentes, tanquam uel orete-  
nus à Christo, uel à Spiritu san-  
cto dictatas, & continua successio-  
ne in Ecclesia catholica conserua-  
tas, pari pietatis affectu atque reue-  
rentia suscipit ac ueneratur. Sacro  
rum uero librorum ordinem huic  
Decreto adscribendum censuit,  
ne cui dubitatio suboriri possit,  
qui nam sint, qui ab ipsa Synodo  
suscipientur. sunt uero infra scri-  
pti: Veteris testamenti, Quinque  
Mosis, id est, Genesis, Exodus,  
Leuiticus,

Leuiticus, Numeri, Deuteronomium, Iosue, Iudicum, Ruth, quatuor Regū, duo Paralipomenon, Esdræ primus & secundus, qui dicit Neemias, Thobias, Iudith, Hester, lob, Psalterium Davidi-  
cum centum quinquaginta psal-  
morum, Parabolæ, Ecclesiastes,  
Canticum cantorum, Sapientia,  
Ecclesiasticus, Esaias, Hieremias  
cum Baruch, Ezechiel, Daniel:  
duodecim Prophetæ minorcs, id  
est, Osea, Ioël, Amos, Abdias, Io-  
nas, Micheas, Naum, Abacuc, So-  
phonias, Aggeus, Zacharias, Ma-  
lachias. Duo Machabæorum, pri-  
mus & secundus. Testamenti  
Noui, quatuor Euangelia, secun-  
dum Matheum, Marcū, Lucam,  
& Ioannē: Actus Apostolorum,  
ab Luca euangelista conscripti:  
Quatuordecim epistolæ Pauli

g . apo-

apostoli , ad Romanos , dux ad  
Corinthios , ad Galatas , ad E-  
phesios , ad Philippenos , ad Co-  
lossenses , duæ ad Thessalonicen-  
ses , duæ ad Timotheum , ad Ti-  
tum , ad Philemonem , ad Hebrae-  
os . Petri epistolæ duæ , Ioannis  
apostoli tres , Iacobi epistola u-  
na , & Apocalypsis Ioannis apo-  
stoli . Si quis autem libros ipsos  
integros , cum omnibus suis parti-  
bus , prout in Ecclesia catholica  
legi consueuerunt , & in veteri uul-  
gata editione habent , pro sacris et  
canonicis non suscepere , ana-  
thema sit . Omnes itaq; intelli-  
gant , quo ordine et uia ipsa Syno-  
dus , post iactum Fidei confessio-  
nis fundamentum , sit progressu-  
ra : & quibus potissimum testimo-  
nijs ac præsidij s , in confirmandis  
dogmatibus , & instaurandis in  
Ecclesia

Ecclesia moribus, situsura: In-  
super eadem sancta Synodus cō-  
siderans, non parum utilitatis ac-  
cedere posse Ecclesiæ Dei, si ex o-  
mnibus Latinis editionibus, quæ  
circumferuntur, sacrorum libro-  
rum, quæ nam Authentica habē-  
da sit, innotescat: statuit & decla-  
rat, ut hæc ipsa uetus & uulgata  
editio, quæ longè tot seculorum  
usu in ipsa Ecclesia probata est, in  
publicis lectionibus, disputatio-  
nibus, prædicationibus, & expo-  
sitionibus, pro authentica habeat  
ur: & quod nemo illam reijcere  
quouis prætextu audeat, nec pre-  
sumat. Præterea ad coercenda  
petulātia ingenia, decernit, ut ne-  
mo suæ prudentiæ innixus, in re-  
bus fidei & morum, ad edificatio-  
nem Christianæ doctrinæ perti-  
nentiū, sacram scripturā ad suos

g 2 sensus

sensus contorquens, contra eum  
sensem, quem tenuit & tejet san-  
cta mater Ecclesia, cuius est iudi-  
care de uero sensu & interpreta-  
tione scripturarum sanctorum, aut  
etiam contra unanimem consen-  
sum Patrum, ipsam scripturam sa-  
cram interpretari audeat. Et si hu-  
iusmodi interpretationes ullo un-  
quam tempore in lucem edendæ  
forent, qui contrà uenerint, per  
ordinarios declarentur, & poenit  
ia iure statutis puniantur.

Sed & impressoribus modum  
in hac parte, ut par est, imponere  
uolens, qui iam sine modo, putan-  
tes sibi licere quicquid lubet, sine  
licentia superiorum Ecclesiastico-  
rum, ipsos sacrę scripture libros,  
et super illos Annotationes, expo-  
sitionesq; quorumlibet indifferē-  
ter, sāpe tacito, sāpe etiam emen-  
tito

tito prælo, & quod grauius est, si-  
ne nomine authoris, imprimunt,  
alibi etiā impressos libros huius-  
modi temerè uenales habent: De-  
cernit & statuit, ut posthac sacra  
scriptura, potissimum uero hæc  
ipsa uetus translatio, & uulgata  
editio, quam emendatissimè im-  
primat, nulliç liceat imprimere,  
imprimiç facere, quosuis libros  
de rebus sacris sine nomine autho-  
ris, nec illos in futurum uendere,  
aut etiam apud se retinere, nisi pri-  
mùm examinati probatiç fuerint  
ab ordinario, sub peccna anathe-  
matis, & pecuniæ in canone Cō-  
cilij nouissimi Lateranensis appo-  
sita. Et si regulares fuerint, ultra e-  
xaminationem & probationem  
huiusmodi, licentiam etiam à suis  
superioribus impetrare tenean-  
tur, recognitis per eos libris, iux-

ta formam suarum ordinationū.

Qui autem scripto eos communi-  
cant, uel euulgant, nisi antē ex-  
aminati probatiq; fuerint, eisdem  
pœnis subiaceāt, quibus impres-  
sores. Et qui eos habuerint, uelle-  
gerint, nisi prodiderint autorē,  
pro autoribus habeantur. Ipsa  
uerò huiusmodi librorum proba-  
tio in scriptis detur: atque ideo in  
fronte libri, uel scripti, uel impres-  
si authēticè adpareat: idq; totum,  
hoc est & probatio & examē, gra-  
tis fiat, ut probanda probentur, et  
reprobentur improbanda.

Posthæc temeritatem illam re-  
primere uolens, qua prophana  
quæq; conuertuntur, & torquen-  
tur uerba & sententiæ sacræ scri-  
pturæ ad scurrilia, fabulosa, uana,  
adulationes, detractiones, super-  
stitiones, impias & diabolicas in-  
cantatio-

caritationes, diuinationes, sortes,  
libellos etiam famosos: Mandat  
& præcipit, ad tollendam huius-  
modi irreuerentiam & contem-  
ptum, ut ne de cæterò quisquam  
quomodolibet uerba scripture sa-  
cræ ad hæc & similia audeat usur-  
pare: utq; omnes huius generis  
homines, temerarios uiolatores  
uerbi Dei, iuris & arbitrij pœnis  
per Episcopos coérceantur. Item  
hæc sancta Synodus statuit & de-  
cernit, proximam futuram Sessio-  
nem tenendam & celebrandam  
esse feria quinta post sacratissi-  
mum festum proximæ  
Pentecostes.

F I N I S.

g 4 ANNO

· A N N O T A T I O N E S I N  
Tertium Decretum.

**C**VM primū de Tridentina Synodo ruit  
mores apud nos inuulgarentur, duæ il-  
lico diuinationes de ea percrebuerūt. Vna eo-  
rum fuit, qui Pontificiarum artium, ne dixerim  
fraudum, nō erant ignari. hi fucum statim esse  
dixerunt, & dolū malum: neq; conueniri Tri-  
dentum à Papæ creaturis alio consilio, quam  
ut solenni & augusta Conciliij sententia, imo  
potius condemnatione, & grauarētur, & op-  
primerentur, qui authoritate Euangelij Iesu  
Christi, Pontificiæ tyrannidi resistunt. Quos  
que carceribus, triremibus, & extremis sup-  
plicijs nō ualeret Papa ulcisci per seipsum, ut  
Conciliij iure & potestate, regibus ac principi-  
bus Christiani nominis traderentur funditus  
euertendi. Altera disseminabatur conjectu-  
ra, in quam omnes illi concederunt, qui rece-  
pti ordinis ecclesiastici amantes, per eos ipsos  
ecclesias restitui optant, per quos sunt iam ad-  
flectæ & deiectæ, per ordinarios scilicet, qui  
se uocant Prælatos. H: cū audissent quosdam  
uiros iam Tridentum se contulisse, cū uitæ san-  
ctimoniam & probitatem non malos, tum factar-  
um literarum apprimè studiosos, reddeban-  
tur

## ANNOTATIONES.

tur animo alacriores, neq; uultu aut uerbis cōceptā spēm dissimulabant, iactantes passim huius Cōcilij progressu facile fore, ut oblata occasione illi uiri qui Christi Zelo tangi existimabantur, eo usuri essent, atq; id effecturi, ut Ecclesia tandem recuperaret doctrinæ puritatē, & aliquanto tolerabiliorem disciplinam. In tanta uero huius euentus expectatione, ecce tibi tertium Decretum prodijt.

Hic Deus bone, prior sententia quam sibi palmam uendicauit? quāta spe deciderūt, quot quot sibi & alijs pollicebātur per hanc Synodum ecclesiae consultum iri? Ibi enim perceperimus hanc sacrosanctam Synodū, & (si Deo placet) in spiritu sancto congregatā, nondum tamē uniuersalem Ecclesiam representantem, futurorum actorum iecisse admodum male auspiciata fundamenta, in quae hæc ruderā legimus ex urbe Romana comportata, atq; congettata. Primum, authoritate & regula sanctorum scripturarum fatentur agendum esse: at illarum solum, quæ in ueteri latina editione contineantur. nam ex omnibus illam unam emundat & naris iudices authenticam faciunt: atque ipsi non modo canonicos, uerū & apocryphos libros accēsent, idq; summo imperio atq;

## ANNOTATIONE S.

seueritate, ut qui licere uelint nemini ullo prae  
textu respuere uel antiquam uersionē, uel apo-  
crypha quae ipsi receperint, atq; canonicis li-  
bris annumerauerint. Testatur deinde se pari-  
pietatis affectu, quo nimis sacras literas cō-  
pleteuntur, & traditiones Ecclesiasticas tam  
scriptas quam non scriptas recipere, quae ab  
Apostolorum temporibus usq; ad nostram etia-  
tem durarunt in Ecclesia. Et ne quid desit,  
postremo decernunt, ut nouae expositiones sa-  
crarum literarum non amplius afferātur, cum  
illis non consentientes quas hactenus a patri-  
bus accepimus. Iudiciumq; de omnibus no-  
uis scripturarum expositionibus penes Eccle-  
siam, & quoslibet ordinarios esse statuunt: id  
est, penes seipso. Hæc principia cui nam uel  
mediocriter ea consideranti, non indicant ad  
quas conclusiones sint accommodanda? Ner-  
uos in primis succidunt ueri & puri studij sa-  
crarum literarum, cum in editionem seu uer-  
sionem antiquam uelant inquiri: neq; doctos  
uolunt adniti, ut indies uerbum Dei & clarissi-  
& planius reddatur, his Annotationibus uel  
expositionib. quae magis appositæ et dilucidæ  
sunt hodie, quam hactenus unquam fuerint.  
Omnes aliae artes licet ut excolantur, adden-  
do inuen-

## ANNOTATIONES.

do inuenitis: una scriptura sancta istorum sententia est iam planissime & accommodatissime exposita, eiusq; sacramentis profundissimis opera patrum est plenè & affatim satisfactum. Ita oculos reddere uolunt, ac ignauos pastores & doctores, qui se ecclesiarum prouentibus, quam Ecclesias uerbo Dei pascere malūt. Graui certè atq; molesta cura soluunt huiusmodi uentres, quibus non sit ulterius quippiā de fontibus Hebraicis aut Græcis, unde sacrae literæ deriuatae sunt, hauriendū. Iubent illos esse contentos ueteri latina translatione, & sanctorum patrū expositionibus, siue quadrant, siue interdum minus fint accommodatae. Hæc ratio est, qua indoctis & ignauis aperitur aditus ad Ecclesiæ gubernacula: qui persuasi satis esse uersionū, satis expositionum scripturarum sanctorum in ærario Ecclesiæ, ipsi supini stertat, atq; opibus & diuitijs Ecclesiasticis absq; labore fruantur. Experti sunt Ro. Pontifex et istæ eius creaturæ, plus quam uellent, cuiusmodi fructum in Christiano orbe pepererit uerbum Dei paulo melius intellec̄tum: in quo ni fuisset nostra hac ætate à doctis & sanctis uiris plus quam antea laboratum atq; sudatum, Papatus impostura, idololatriæ,

## ANNOTATIONES.

triæ, & infiniti abusus, nō adhuc fuissent mutu-  
do traducti, qui iam scripturis sanctis detecti  
sunt & conuicti, fauente Deo illis studijs &  
exercitijs, quibus istorū decreta sic ex profes-  
so aduersantur, declaratiā planē se ab eis emar-  
nare, qui suis rebus conducere arbitrātur per-  
petuas tenebras in Ecclesia.

Quis demum non uidet, sub prætextu Apo-  
stolicarum traditionū istos ab Ecclesia nullos  
uelle abusus remouere? immo potius omnes iam  
receptas tueri impietates? ad quæ facienda, &  
apocrypha scripta se non parum adiutura cōfi-  
dunt: non enim alio studio illa tantopere con-  
firmare & approbare nituntur. alioquin eis  
quid opus esset? Nonne Canonica scriptura  
sufficit ad hominem instituendum ad salutem?  
immo ut Pauli uerbis utar, quo perfectus sit ho-  
mo Dei, & ad omne opus bonum apparatus?  
Ut itaq; decreta huius adsertæ Synodi Eccle-  
siae sint perniciosa, euidentibus ac firmis ratio-  
nibus potest conuinci: quæ et si complures ad-  
ferri deberent, paucis nihilominus uolumus  
esse contenti, quas hic breuiter subiiciemus.  
¶ Ista Synodus de more non habet quod uni-  
versalem Ecclesiam repræsentet, neq; redditu  
est adhuc ulla ratio (quod sciamus) cur id in  
eius

## ANNOTATIONES.

eius titulo uel inscriptione sit omissum: cum tamen publicè constet, in Concilio fuisse ea de re quæstionem agitatam. uerum hoc fortassis obstat, ne uideremini Paulo Tertio, creatori nastro, uelle præesse: ut qui uobis illud proposueritis in primis tuendum, ut eius authoritas esset sacrosancta, ita ut neq; nastro neq; ullis alijs Concilijs subiiciatur.

2 Pari pietate prosequimini scripturāsanctā, & Ecclesiasticas traditiones tāscriptas q̄ non scriptas. Quid ita scripturis sanctis tāaperta si iniuria? Cur alia æquatis ei autoritate & fidei? Digna sanè theologia, quæ conclusionibus tantū tribuit atq; principijs. Omnes enim traditiones Ecclesiasticas aut in sacris literis contineri oportet, aut inde euidenter inferri. Descriptis autem traditionibus, aut ēsacris literis necessariò conclusis, nulla est controuer-sia: uerū collectis & illatis probabiliter ex uerbo Dei, aut per manum (ut dicitis) accep-tis, quis tantum deferat, quantum ipsis scri-pturis sanctis? Mitto quòd quædam habentur traditiones adeò ab illis remotæ, ut cœlum à terra, utq; tenebræ à luce distant.

3 Si traditiones omnes etiā non scriptas uultis amplecti, quæ erit confusio? sin quasdam tantum,

ANNOTATIONES.

tantum, oportet ut notas proferatis, quibus inter nosci ualeant, aut quibus eas ipsi discreueritis, ab his quae sunt dispungendæ. Dicentis forte illas tantummodo suscipiendas, quæ perpetuò durarunt in Ecclesia ab Apostolis usque ad nostra tempora. Quod si ita statueritis, paucæ fermè aut nullæ inuenientur, in quibus non plurima fuerint immutata, & inuata, ne dixerim omnino corrupta & uiciata.

4 Atq; ab hoc uestro Decreto si nolueritis recedere, ut constantia munera uestri requiret, quo nam pacto tuebimini dogma illud impium Cœnæ dominicæ? quo traditur à uestris Romana Ecclesia, ut sub una tantum specie laicis administretur? quod sanè recens est inuentum, & à paucis annis contra institutum Christi & sanctam scripturam inoleuit.

5 Quid' ue facietis indulgentijs nuper natis? Quid Papatui? Quid auriculari confessioni? aut uotis monasticis? & alijs infinitis laqueis, atq; inanibus ceremonijs, quas uetus Ecclesia ignorauit?

6 Ad hæc quomodo tam liberè & audacter definitis, inter uersiones illam tantummodo ueterem latinam habendam esse authenticā: cum ipsa sit quædam traditio, cuius authorita ignoratur,

## ANNOTATIONES.

ratur, quod adhuc de eo sub iudice lis est: & nullus non intelligit, eam perpetuo non fuisse in Ecclesia ab Apostolis usq; ad nostratempora.  
7 Si hæc antiqua editio latina reiici amplius non potest, aut ullo prætextu non approbari, Græciæ ecclesiæ, Illyrici, Orientis, et Aethiopum, cum suas uersiones habeant, parum cum ea consentientes, quid putatis facturas esse? num sua Biblia patientur emendari ita, ut ad uera corrigantur exemplaria? Quid & Iudei, si postremis temporibus habituri sunt Ecclesiæ suam, putatis ne ab hac latina uersione petent oracula Dei? an potius ex suis metilibris, qui passim à patribus appellantur Hebraicæ aueritas? Desperabitur itaq; quo ad uerū & certum uerbum Dei, inter uos & illas, de solidâ confessione, cū eius Lydiū lapidē huiusmodi statueritis, qui à cæteris omnib. nationibus minimè suscipietur. Et ista ratione præcidit uia innumeris Ecclesijs, ne uestræ unquæ adiungi possint. Nā ubi ista editio latina à suis discrepauerit, illæ non accedet: nō enim minus atq; uos, patria et auita conabütur defendere.  
8 Est mirū, quomodo hoc genus hominū Decretæ Pontificia, quæ alioquin uolūt sacrosancta, cum uisum fuerit, dissimulent. In eis enim distinct.

## ANNOTATIONES.

distinct. 9. cap. Ut veterū, habetur ex Augustini sententia, fidem librorum Antiqui testamēti examinandam ad hebraica exemplaria, & Noui ad græca. At ut iam est Tridenti constitutum, nō amplius licet uersionis fidem probare, aut examinare.

9 Nec magis rationem habent Clementis quinti, qui disertæ mandauit in concilio Vienensi, in omnibus uniuersitatibus dari operam linguis, atq; potissimū hebrææ meminit. quod quis nō uideat superuacaneū fore, uel ad disserendum, uel ad aliquid de religione tractandum, siue cum Hebræis, siue cum Græcis? Nam his omnibus istorum sententia poterimus uno uerbo respōdere, nostra Biblia suis longe esse fideliora.

10 Hieronymus in cōmentarijs Ecclesiastis nostram uulgatam editionem non semel carpit: quod idem uideas, dū ad Algasiam scribit, in Mattheum, in quasdam epistolas Pauli, et in plerisq; alijs locis. Cum itaq; huius uiri sanctissimi opuscula probata sint in Decretis Pōnificijs, qui tuebimur & ipsum simul, & veterē illā uestram editionē, quam tantopere commendatis? Mitto q; idē in commentarijs super Prophetas ad hebraicam ueritatē passim cōfugit.

## ANNOTATIONES.

ii Augustinus, & veteres Patres non hanc vulgatam editionem, sed plerumq; sequuti sunt interpretationē Septuaginta: modo si uestrum Decretum ratum habendum sit, Patrum commentaria neq; in Ecclesijs, neq; in scholis erunt fide digna. Adde quod & cantiones Ecclesiasticas uel tolli, uel emendari ferè omnes oportebit, cum ab ea discrepent: & forte in Ecclesia prius usitatæ fuerint, quam ista uersio agnosceretur.

12 Quin & ipsi Apostoli in suis scriptis istam vulgatam editionem minimè citarunt. Vnde ergo agnoscemus illorum sensus? non ex ea quam uos probatis, non ex interpretatione Septuaginta, qua & si non nunquam utuntur, non tamen semper: quare illa qui uoleat cognoscere, cum Hebraica ueritate oportebit ut ea conferat. quæ si non sit authentica, uti iam statuistis, ludetur opera. Sin uero illi fides habenda est, cur ita improbatis labores studiosorum, qui in uersionibus suis hebraicæ ueritatis nituntur sensum exprimere?

13 Si uestrum Decretum suscipiatur, oportet statuere vulgatam editionem spiritus sancti aflatu reuelatam, nam uti sanctis, nullo praeteritu rejici potest. Verum animaduertite istud

## ANNOTATIONES.

idem ueteres tribuisse Septuaginta interpretibus, quorum tamen uersionem Hieronymus non ueretur s̄æpe laceſſere, imò fortiter audet contemnere. quod ſi illi erga eos facere, impune licuit, & c̄teris idem cogitate permittendum fore de uoſtra editione latina, ubi à ueritate hebraica aberrauerit.

14 Quod ſi uos authoritas ſanctorū, Decreta Pontificia, & exempla parum mouent, Pauli uerba ſaltē debuiffent commonefacere, qui dicit: Quæcunq; scripta ſunt, ad nostram doctrinam scripta eſſe, ad Rom. 15. Idemq; ad Timotheum non ſemel commēdat maximis præconijs ſacras literas, quo ſanè tēpore latinaiſta uerſio non extabat. Mihi ergo per uoſtra Decreta non licebit habere pro authentica, illam ſcripturam, quam ita Paulus prædicat? Et ab illa ſi uidero uoſtrā latinam diſcedere, non erit liberum, ut meā dicam ſententiam, ac uerbū Dei à falſo uendicem? ſaltem ne à Iudeis, ut hactenus paſſim factum eſt, derideamur.

15 Eſtq; admiratione dignum, quomodo uolueritis unum interpretēm omnia uidiffe. Id p̄fēſtare nemo potest, quicunq; humano ingenio aut facultate quippiam in alienam linguam cōuertit. Quod ſi contendatis, hunc interpretem

## ANNOTATIONES.

tem diuino spiritu fuisse afflatum ( quamuis id concedere non cogor, cum saepius deprehendatur lapsus, & in articulis nostrae fidei, aut sacris literis id minimè continetur: sed esto, illū spiritu diuino minimè caruisse ) num propter rea cōsequitur, illū in tāto opere nihil unquam humana ratione uertisse, sensu suo, & cōsueta industria? An ideo euincitur, omnia ei fuisse reuelata, quæ in tāto opere uertere debuit? Tantū hæc inter se sunt cōnexa, ut ista alia, uos sci licet idcirco non posse errare, quia in Synodo Tridētina residetis. Cumq; permissa sint uaria sanctorū patrū cōmentaria, ac illa approbetis, miror quomodo nō intelligatis diuersas translationes nobis esse instar commentariorum.

16 Miser Erasmus tātopere laborauit in Noui testamēti Adnotationib . neq; fuerūt eius labores improbati Leoni Pōfici, uel Hadriano, ac innumeris Cardinalib . et Episcopis: nunc uos nō magnus numerus Cardinalū & Episcoporum, illius tam utiles lucubrationes aboletis?

17 Omnes libros quos inter Canonicos recensuistis , cum omnibus illorum partibus uultis recipi , absque ulla exceptione. additis enim, Si quis ex ipsis quipiam repudierit , anathema esto . Quid hic Hieronymus

## ANNOTATIONES.

nymus faciet, qui sæpius Beli historiæ fabulæ uocitat, historiæ Susannæ & hymnum trium puerorum ueru confudit: quæ tamen omnia, cum duobus postremis libris, siue Nehemiae, si ue Ezrae, quos idem Hieronymus somnia ap. pellat, uesta illa editio è cœlo delapsa complectitur.

18 Prohibetis nouas interpretationes scripturarum, quæ aduersentur iam receptis à patribus. Hic de uobis scire uelim, an uires spiritus diuini adnitamini contrahere, & homines cohibere statuatis, ne in campo scripturarum se exerceant? Licuit patribus nō sequi suorum patrum interpretamenta, cum ipsi uel meliora, uel probabiliora sibi uiderentur inuenisse? Cur idem posteris ne faciant, à uobis interdictum? An existimatis omnia iam Ecclesiæ esse reuelata? Si angeli de ipsa discunt Ecclesia, quid obstat, quin ipsi quoq; perpetuò aliquid recens ex sacris literis demonstretur, quo donis spōsi sui indies magis ac magis et instauretur, et apparetur ad salutem? Si absoluta esset atq; perfecta, nō amplius commoraretur in terris: Sed in cœlum subiecta, & apud Deum facie ad faciem cum suo sponso Christo Iesu summa felicitate frueretur. Verum quamdiu hic manet,

## ANNOTATIONES.

net, & perficienda est, & instauranda: quod  
plane adipiscetur, tum moribus assuēscendo  
sanctoribus, tum pleniore notitia uerbi Dei.  
Nulli bene compotirationis id unquam fiet ue-  
risimile, angelos habere quod ex Ecclesia di-  
scant: & quo ad doctrinam quæ ex scripturis  
depromitur, Ecclesiæ nihil deesse, atq; omnia  
(ut videmini decreuisse) iam a patribus ita ad  
amissim exposita esse, ut nihil secus atq; ipsi  
scripserint, inuenire, aut docere liceat.

19 Statuitis penes Ecclesiam esse debere iudi-  
cium de interpretatione sanctorum scriptura-  
rum: sed nullus plane intelligit, pio animo præ-  
ditus, quam nobis uel fingatis, uel narretis Ec-  
clesiā. Quærimus ubi nam, uel in quibus ipsa  
resideat. Si dixeritis, in Patribus: Visciennus,  
illos frequenter pugnantia scribere. Si in Cō-  
cilijs, non ne interdum videmus cōciliū aliud  
abrogare concilium? Adde, Concilium raro  
admodum congregari: & cum habetur, est (ut  
modo videmus) nimirum Pontifici Romano  
obstrictissimum. Neq; sanctarū scripturarum  
loca in omnibus concilijs eodem modo sunt  
explicata. Quod si demum uelitis constituere,  
apud Episcopos, uel (ut dicitis) ordinarios hāc  
uestram Ecclesiam quærendam esse, ita ut ipsi

## ANNOTATIONES.

consuli debeant de sano Scripturarum sensu, & intelligentia: illud erit piscari in ulmis pisces, ac uenari ceruos in medio mari.

20 Libros Machabœorū miramur, quomodo tā confidenter admittatis: cū sub finem libri eorum author ambigat, utrum appositè & comodè scripserit, quod minime illum decet, qui à spiritu sancto certo nouerit, se impulsu ut scriberet.

Iam hic decreui finem facere, hoc prius duntaxat indicato: quod si non in præsentia ostendi ut Vetus & Nouum instrumentum, in Latina editione, quam unam istud Concilium uult authenticam, frequentissimè diffideat ab Hebræis & Græcis fontibus, id non est à me prætermissum rei difficultate: pas- sim enim loca occurrunt. Sed ne actum a- gerem, quandoquidem Vallæ Annotationes, Erasmi, Munsteri, atq; Steuchi, id affatim docent: legantur præterea scripta Lyra- ni, Burgensis, & Reuchlini: sed potissimum recentiorum uersiones. atque ex his medio- criter exercitati in linguis facile intelligent, non esse Latinam ueterem editionem, quam isti unicè amplectuntur, singulare ueritatis columnen, & regulam, cui nunquam refragi

## ANNOTATIONES.

gari liceat. Det isti adsero Concilio Do-  
minus mentem saniores, ut his procemijs e-  
ius postrema non respondeant. Etsi boni  
uiriferè deploratum iudicent istud negocium,  
cum Tridenti nil decerni uideant, aut am-  
plius decernendum sperent ex  
uerbo Domini, & spi-  
ritu Christi.

F I N I S.

b 4 DECRE-

DECRETVM . . . . .  
Sacrosancta Synodus, &c.

Plis summorum Pontificum,  
et probatorum Conciliorum  
constitutionibus inhærens, easq;  
complectens, & illis adjiciens, ne  
cœlestis ille sacrorum librorum  
thesaurus, quem spiritus S. sum-  
ma liberalitate hominibus tradi-  
dit, neglectus iaceat, statuit & de-  
creuit, quod in illis Ecclesijs, in  
quibus præbenda, aut præstimo-  
niū, seu aliud quovis nomine nū-  
cupatum stipendium prælectoris  
bus sacræ theologiæ deputatum,  
reperitur: Episcopi, archiepisco-  
pi, primates, & alij locorum ordi-  
narij, eos qui præbendam, aut  
præstimonium, seu stipendium  
huiusmodi obtinent, ad ipsius sa-  
cræ Scripturæ expositi onem, &  
interpre-

interpretationem per seiplos, si idonei fuerint: alioquin per idoneum substitutū ab ipsis Episcopis, primatibus, & alijs locorum ordinarijs eligendum, etiam per subtractionem fructuum, cogant & compellant. De cætero uero præbenda, præstimonium, aut stipendium eiusmodi, non nisi personis idoneis, et qui per se ipsos id munus explicare possint, conferuntur: & aliter facta prouisio, nulla sit, sed inualida.

In Ecclesijs autem metropolitannis, uel Cathedralibus, si ciuitas insignis, uel populosa, ac etiam in collegiatis existentibus, in aliquo insigni oppido, etiam nullius dioecesis, si ibi clerus numerosus fuerit, ubi nulla præbenda, aut præstimonium seu stipendiū eiusmodi deputatum reperitur, præben-

da, quomodo cunctis, preterquam  
ex causa resignationis, primo ua-  
catura, cui aliud onus incompati-  
bile iniunctum non sit, ad cum  
usum ipso facto perpetuo consti-  
tuta & deputata intelligatur. Et  
quatenus in ipsis Ecclesijs nulla,  
uel non sufficiens præbēda foret,  
Metropolitanus, uel Episcopus  
ipse, per assignationem fructuum  
alicuius simplicis beneficij, eius-  
dem tamen debitis supportatis  
oneribus, uel per contributio-  
nem beneficiorum suæ ciuitatis  
& dioecesis, uel alias prout com-  
modius fieri poterit, de Capi-  
tuli consilio ita prouideat, ut ip-  
sa sacræ Scripturæ lectio habeat-  
ur: ita tamen, ut quæ cunctis aliæ  
lectiones, uel consuetudine, uel  
quauis alia ratione institutæ, pro-  
pter id minimè prætermittantur.

Ecclesiæ

Ecclesiæ uero quādo anni pro-  
uentus tenues fuerint, & ubi tam  
exigua est cleri & populi multitu-  
do, ut theologiæ lectio in eis com-  
modè haberi non possit, saltem  
magistrum habeat ab Episcopo,  
cum cōsilio Capituli eligendum,  
qui clericos, aliosq; scholares pau-  
peres grammaticam gratis doce-  
at, ut deinceps ad ipsa sacræ Scri-  
pturæ studia, annuente Deo, tran-  
sire possint. Ideoq; illi magistro  
grammatices, uel alicuius simpli-  
cis beneficij fructus, quos tamdiu  
percipiat, quam diu in docendo  
perstiterit, assignentur. Dum ta-  
men beneficium ipsum suo debi-  
to non fraudetur obsequio, uel ex  
Capitulari, uel Episcopali mensa  
cōdigna aliqua merces persoluat:  
uel alias Episcopus ipse aliquam  
rationē ineat suæ Ecclesiæ et dioce-

cessi accommodam, ne pia ac utilis  
atq; fructuosa prouisio , quouis  
quæsito colore, negligatur.

In monasterijs quoq; mona-  
chorum, ubi commode fieri que-  
at, etiā lectio sacræ Scripturæ ha-  
beatur: qua in re, si Abbates negli-  
gentes fuerint, Episcopi locorum  
in hoc, ut sedis Apostolicæ dele-  
gati, eos ad id opportunis iuris re-  
medijs compellant . In conuen-  
tibus uero aliorum regulariū , in  
quibus studia commode uigere  
possunt, sacræ Scripturæ similiter  
lectio habeatur, quæ lectio à capi-  
tulis generalibus uel prouinciali-  
bus assignetur dignioribus ma-  
gistris.

In gymnasij s etiā publicis, ubi  
tam honorifica, & cæterorum o-  
mnium maximè necessaria lectio  
hactenus instituta nō fuit, religio-  
sissi

sissimorum Princípium ac rerum  
publicarum pietate & charitate,  
ad catholice fidei defensionem &  
incrementum, sanæç doctrinæ  
conseruationem & propagatio-  
nem instituatur: & ubi instituta  
foret, & negligeretur, restituatur.

Et ne sub specie pietatis, impie-  
tas disseminetur, statuit eadē San-  
cta Synodus, neminem ad huius-  
modi lectionis officium, tam pu-  
blicè quam priuatim admitten-  
dum esse, qui prius ab Episcopo  
loci de uita, moribus, & scientia  
examinatus & approbatus non  
fuerit: quod tamen de lectoribus  
in claustris monachorum non in-  
telligatur.

Docentes uero ipsam sacrā Scri-  
pturam, dum publicè in scholis  
docuerint, & scholares, qui in ip-  
sis scholis student, priuilegijs om-  
nibus

nibus de perceptione fructuum,  
præbendarum & beneficiorum  
suorum in absentia à iure com-  
muni concessis, plenè gaudeant  
& fruantur.

Quia uero Christianæ reipub.  
non minus necessaria prædicatio  
Euangelij, quam lectio: & hoc est  
præcipuum Episcoporū munus:  
statuit & decreuit eadem sancta  
Synodus, omnes Episcopos, Ar-  
chiepiscopos, primates, et omnes  
alios ecclesiarum prælatos, teneri  
per se ipsos, si legitimè impediti  
non fuerint, ad prædicandum san-  
ctum Iesu Christi Euangeliū.  
Si uero contigerit eos legitimō  
impedimento detineri, iuxta for-  
mam generalis Concilij, uiros  
idoneos assumere teneantur ad  
huiusmodi prædicationis offi-  
cium salubriter exequendum.

Si  
tutum

Si quis autem hæc adimplere contempserit, districte subiaceat ultioni.

Archipresbyteri quoque, plebani, & quicunque parochiales, uel alias curam animarum habentes, Ecclesias quo cunque modo obtinent, per se, uel alios idoneos, si legitimè impediti fuerint, diebus saltem dominicis, & festis solennibus, plebes sibi commissas, pro sua & eorum capacitate pascant salutaribus uerbis, docendo ea quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, annuncianto eis cum breuitate, & facilitate sermonis, uicia quæ eos declinare, & uirtutes quas sectari oporteat, ut poenam æternam euadere, & cœlestem gloriam consequi ualeant.

Id uero si quis eorum præstare-

re ne-

re negligat, etiam si ab Episcopi iurisdictione exemptum se esse quavis ratione prætenderet, & si Ecclesiæ quoquis modo exemptæ dicerentur, aut alicui monasterio etiam extra dioecesim existenti forsitan annexæ, uel unitæ, modò re ipsa in dioecesi sint, prouida pastora lis Episcoporum solicitude non desit: ne illud impleatur, Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. Itaque ubi ab Episcopo moniti, triū mensium spacio suo muneri defuerint, per censuras Ecclesiasticas, seu alias ad ipsius Episcopi arbitrium cogātur: ita ut etiam si ei sic expedire uisum fuerit, ex beneficiorum fructibus alteri qui id præstet, honesta aliqua merces persoluatur, donec principalis ipse resipiscens, officiū suum impleat. Siq[ue] parochiales

les Ecclesiæ reperiantur subiectæ  
monasterijs in nulla dioecesi exi-  
stentibus, si Abbates & regulares  
prælati in prædictis negligentes  
fuerint, à metropolitanis, in quo  
rū prouincijs diceceſes sitæ sunt,  
tanquam quoad hoc sedis Apo-  
ſtolicæ delegatis, compellantur,  
neq; huius decreti executionem  
cōſuetudo, uel exemptio, aut ap-  
pellatio, aut reclamatio, ſiue recur-  
ſus impedire ualcat, quousq; desu-  
per à competenti iudice, qui sum-  
mariè, & ſola facti ueritate inspe-  
cta procedat, cognitum & deci-  
ſum fuerit. Regulares cuiuscunq;  
ordinis, niſi à suis superioribus  
de uita & moribus & scientia ex-  
aminati & approbati fuerint, ac  
de eorum licentia, etiam in Eccle-  
ſijs fuorum ordinum, non audeāt  
prædicare, & ab ipsis benedictio-

i nem

nem petere teneantur, antequam  
prædicare incipient.

In Ecclesijs uero, quæ suorum  
ordinum non sunt, ultra licentiam  
suorum superiorum, etiam Episco-  
pi licentiam habere teneantur: si-  
ne qua in ipsis Ecclesijs non suo-  
rum ordinum, nullo modo præ-  
dicare possint. ipsam autem licen-  
tiam gratis Episcopi concedant.

Si uero (quod absit) prædica-  
tor errores, aut scandala dissemi-  
nauerit in populum, etiamsi in  
monasterio sui uel alterius ordi-  
nis prædicet, Episcopus ei predi-  
cationem interdicat. Quod si ha-  
refes prædicauerit, contra eum se-  
cundum iuris dispositionem, aut  
loci consuetudinem procedat: e-  
tiamsi prædictor ipse generali  
uel speciali priuilegio exemptum  
se esse prætenderet. Quo casu E-  
piscopus

Episcopus auctoritate Apostolica,  
& tanquam sedis Apostolicæ de-  
legatus procedat. Curent autem  
Episcopi, ne quis prædicator uel  
ex falsis informationibus, uel ali-  
as calumniosè uexetur, iustum' ue  
de his conquerendi occasionem  
habeat.

Caveant præterea Episcopi,  
ne aliquem uel eorum, qui cum  
sint nomine regulares, extra clau-  
stra & obedientiam religionum  
suarum uiuunt, uel presbytero-  
rum seculariū, nisi ipsis noti sint,  
& moribus & doctrina probati,  
quorumlibet priuilegiorum præ-  
textu in sua ciuitate, uel dicecessis,  
prædicare permittant, donec ab  
ipsis Episcopis super ea re sancta  
sedes Apostolica cōsulatur, à qua  
priuilegia homini, nisi tacita ueri-  
tate, et expresso mendacio ab indi-

gnis extorqueri uerisimile nō est.  
Quæstores uero eleemosyna-  
rum, qui etiam quæstuarij uul-  
gò dicuntur, cuiuscunque condi-  
tionis existant, nullo modo, nec  
per se, nec per alium prædicare  
præsumant: & contrà facientes,  
ab Episcopis & ordinarijs loco-  
rum, priuilegijs quibuscunque  
non obstantibus, opportu-  
nis remedij omnino  
arceantur.

F I N I S.

ANNO

ANNOTATIONES IN  
Quartum Decretum.

Plis summorum Pontificum & probato-  
rum Conciliorum constitutionibus inhæ-  
rens, &c.) Audis lector protinus in ipso li-  
mine manifestam impietatem.

Primo enim de oraculis Dei, de cœlesti do-  
ctrina, de uoluntate Dei erga genus huma-  
num in sacris literis patefacta, nulla hic men-  
tio: cum hæc prima esse cura deberet sanctis  
patribus, ut æternū atq; immutabile decretum  
Dei hominibus inculcarent, præteritis inte-  
rim suis impijs constitutionibus, & omni digni-  
tate uel hominum uel actionum humanarum.

Deinde non solum prætermittunt uerbum  
Dei, sed ei quoq; sua somnia, suas imposturas,  
suas impietates anteponunt: cum hæc sit æter-  
na Dei ueritas, in omnem æternitatem duratu-  
ra, Frustra colunt me mandatis hominum.

Præterea, ne quid ad explendos omnes im-  
pietatis numeros deesset, sacrosancta Syno-  
dus Romanum Pontificem probatis Concilijs  
anteponit: unum uidelicet homuncionem, fla-  
gitiosum, impium, blasphemum, & omnibus  
mundi sceleribus inquinatum, toti congrega-  
tioni: et quidem, ut ipsa Synodus loquitur, ap-  
probatae.

ANNO TATIONE S.

probatæ. Quid obsecro est furenter contra Deum blasphemare, si hoc non est? Etenim, si nullæ omnino rationes, neq; humanæ neq; diuinæ proponi possent, quæ à blasphemis usq; adeò manifestis istos homines deterreret, ipse naturæ sensus, ipsa ratiocinandi uis mentibus hominū indita, ab hac impia asseueratione eos deberet reuocare. Quin proprio ipsorum pudore permouentur? Quin suum honorem, suam dignitatem respiciunt? Certe si micam habuerent generosæ mentis, si aliqua omnino dignitas hominis in eis esset, præter nomen & barbam, pudere illos deberet: si tamen aliquis pudor in eis adhuc hæret, unicum, putidum, sordidulum, atq; impium silicernium sibi uersis anteponere.

Sedita sunt homines, ut postquam se in servitudinem uentris dederunt, nullum sit officium tam abiectum & humile, tam sordidum & abominandum, quod libenter non faciant, ut uenit & culinæ sit probè consultum. Rursus tantum est in isto silicernio fraudis, artificij, ueneficij, incantationis, ut facile omnes istas belluas tanquam ueros asinos possit in officio continere. Quis unquam esse poterit aliis mere, trix illa magna, quæ sedet super aquas multas,

CUM

## ANNOTATIONES.

cum quæ scortati sunt omnes principes terræ,  
in cuius poculo deaurato inebrinati sunt ab imo  
ad summum omnes reges mundi de uino scor-  
tationis eius? Vides itaq; lector, in ipso statim  
principio Decreti plures impietas quam uer-  
ba contineri?

Sed pergit loqui sacrosancta Synodus, &  
affirmat non solum uelle inhætere conſtru-  
tionibus humanis, præterito & neglecto uer-  
bo Dei, sed alia quoq; decreta illis addere sta-  
tuſſe declarat. Quid ait monstrum hominis?  
Quid blasphemas mancipium Satanæ? Vis ha-  
beri diuina oracula quæ pronuncias, et illis de  
tuo noua quædā addere uelle te iactitas? Ne-  
ſciste utrumq; hoc falſo prætexere? Nam &  
ſimpliciter blasphema & in Deum contume-  
liosa ſunt quæ pronuncias. et ſi omnino uera  
aut diuina eſſent, an ignoras nefas eſſe unum  
uerbum in eis uel addere, uel minuere, uel im-  
mutare? Quid teſtatur diſertis uerbis ipsa  
ueritas æterni numinis? Hæc ſunt uerba  
quæ posui in ore tuo, ut facias ea omnia quæ  
in eis continentur: Quod præcipio tibi, hoc  
tantum facito Domino, neq; addes, neq; minu-  
es, neq; immutabis unum de uerbis meis. Sed  
uerè credas iſtos impios blaſphemos hoc in pri-

## ANNOTATIONES.

mis habere studio, ut cum uerbo Dei perpetuo dicant & faciant pugnantia.

Post illa uero magnifica uerba, ad tractationem de præbendis & præstimonijis relabuntur. Parturiunt montes, nascetur ridiculus mus. Ac in eo quidem argumento quantū uerborum ponunt? quæ tamē ipsa non carent manifesta impietate. Omnes autē impietas quæ in singulis uerbis continentur, non est animus hic recensere, quoniam et plurimæ sunt, & in ipsa Decreti lectione facilimè cognoscuntur. Editrursus oraculū ipsa sacra Synodus, tanquam ex tripode prolatum, ut qui Episcopi idonei non sunt ad docendas sacras literas, aliquam misera pecuniola conducant aliorum operam, qui præstet eorum nomine quod ad ipsorum officium pertinebat, quodq; ipsi præ iognatione atq; impietate neq; intelligunt, neque præstare possunt. Quin potius hoc iubet sacra Synodus, ut ista bruta animantia, non modo inutilia, sed etiam impia et noxia terræ pondera de gradu præcipitentur, atq; ad stiuammittantur, ad quam unā sunt idonei: ac eorum in locū præficiantur alijs, qui recte possint docere populum, nō ex decretis Cœciliij Tridentini, neq; ex imaginationibus bestiolæ Romæ, sed

## ANNO TATIONES.

nō, sed ex æterno atq; immutabili decreto  
 Dei, ad quā regulā omnes creaturæ suā uitam  
 & sensus omnes debent componere. An exi-  
 stimabunt isti asini, satisfactū esse ipsorum uētri,  
 si aliquis pro ipsis comedet? si alius pro ipsis  
 biberet? si alius pro ipsis dormiret? Nō opinor?  
 Quafronte igitur audent permittere, ut alius  
 pro ipsis laboret? ut alius pro ipsis concione-  
 tur? ut alius pro ipsis doceat populū? Quod sa-  
 nē nō r̄ us, imò etiā multo magis necessarium  
 est ad iē zitāmā eius officij administrationem,  
 quod sibi impudēter usurpāt, quam est uel ipse  
 panis ad uitā hominū tuendam & conseruan-  
 dā. Laborent tales asini suis manib. aut alioqui  
 labore suo sibi uictū parent: neq; deuorent pau-  
 perū & eruditoru eleemosynas, quib. ipsi tan-  
 quam porci saginantur: cū interim uera mem-  
 bra corporis Christi, ad quos rectissimē istae  
 facultates Ecclesiasticæ pertinebāt, fame ac fri-  
 gore contabescat. Sed sciant isti uentres pigri,  
 quandoquidē uolūt nunc ut alij pro ipsis doce-  
 ant, alij pro ipsis laborent futurū quoq; omni-  
 no, ut alij pro ipsis hæreditatem regni cœlestis  
 consequantur. Quatientur sanè illi cū suo uē-  
 tre foras. Nam qui laboris particeps non est,  
 neq; gloriæ se unquam fore participē speret.

## DECRETVM V.

V T fides nostra catholica, si  
ne qua impossibile est place-  
re Deo, purgatis erroribus, in sua  
sinceritate integra & illibata per-  
maneat, & ne populus Christia-  
nus omni uento doctrine circum-  
feratur, cū serpens ille antiquus,  
humanī generis perpetuus ho-  
stis, inter plurima mala, quibus  
ecclesia Dei his nostris temporis  
bus perturbatur, etiam de peccato  
originali, eiuscēdē remedio, non so-  
lum vetera, sed noua etiam dissi-  
dia excitauerit: Sacrosancta Oe-  
cumenica & generalis Tridenti-  
na Synodus, in spiritu S. legitimi-  
mē congregata, præsidentibus in  
ea tribus Apostolice sedis legatis,  
iam ad reuocandos errātes, et nu-  
tantes confirmādos accedere uo-  
lens,

lens, sacrarum Scripturarum, &  
sanctorum Patrum, ac probatissi  
morum Conciliorū testimonia,  
& ipsius Ecclesie iudicium & con  
sensum sequuta, hæc de ipso pec  
cato originali statuit, fatetur, &  
declarat.

Si quis non confitetur primum  
hominē Adam, cùm mandatum  
Dei in paradiſo fuisset transgres  
sus, statim sanctitatē & iustitiam,  
in qua positus fuerat, amisisse, in  
currisseq; per offensam præuari  
cationis, iram & indignationem  
Dei, atq; ideo mortem, quam an  
tea illi comminatus fuerat Deus,  
& cum morte captiuitatem sub e  
ius potestate, qui mortis deinde  
habuit imperium, hoc est diaboli,  
totumq; Adam per illam præuari  
cationis offensam secundum cor  
pus & animam in deterius com  
mutatum

mutatum fuisse , anathema sit.

Si quis Adæ præuaricationem  
sibi soli, & nō eius propagini, affe-  
rit nocuisse, acceptam à Deo san-  
ctitatem & iustitiam quam perdi-  
dit, sibi soli, & non nobis etiā eum  
perdidisse, aut inquinatum illum  
per inobedientiæ peccatum, &  
mortem, & poenas corporis tan-  
tum, in omne genus humanum  
transfudisse, non autem & pecca-  
tum, quod mors est animæ, ana-  
thema sit; ut qui contradicat Apo-  
stolo dicenti, Per unū hominem  
peccatum intravit in mundum, et  
per peccatum mors, & ita in om-  
nes homines mors pertransiit, in  
quo omnes peccauerunt.

Si quis hoc Adæ peccatum,  
quod origine unum est, & propa-  
gatione, non imitatione, transfu-  
sum in omnibus , inest unicuique  
proprium,

propriū, uel per humanæ naturæ  
vires, uel per aliud remediuū afferit  
tolli, quām per meritū unius me-  
diatoris Domini nostri Iesu Chri-  
sti, qui nos Deo reconciliauit in  
sanguine suo, factus nobis iusticia  
& sanctificatio, & redemptio: aut  
negat ipsum Christi Iesu meritum  
per baptismi sacramentum, in for-  
ma Ecclesiæ ritè collatū, tam adul-  
tis quām paruulis applicari, ana-  
thema sit. Quia non est aliud no-  
men sub cœlo datū hominibus,  
in quo oporteat nos saluos fieri.  
Vnde illa uox: Ecce agnus Dei, ec-  
ce qui tollit peccata mundi. & il-  
la: Quicunq; baptizati estis, Chri-  
stum induistis.

Si quis paruulos recentes ab u-  
teris matrū baptizandos negat, e-  
tiamsi fuerint à baptizatis paren-  
tibus orti: aut dicit, in remissionē  
quidem

quidem peccatorum eos baptiza-  
ri, sed nihil ex Adam trahere ori-  
ginalis peccati , quod regenera-  
tionis lauacro necesse sit expiarī,  
ad uitam æternam consequendā;  
unde fit consequens , ut forma  
baptismatis in remissionem pec-  
catorum non uera , sed falsa in-  
telligatur : anathema sit. Quo-  
niam non aliter intelligendum est  
id quod dixit Apostolus , Per  
unum hominem peccatum intra-  
uit in mundum , & per peccatum  
mors , & ita in omnes homines  
mors pertransiit , in quo omnes  
peccauerunt . nisi quemadmo-  
dum Ecclesia catholica ubiqꝫ dis-  
fusa semper intellexit , ideo pro-  
pter hanc regulā fidei , & traditio-  
nem Apostolorū , etiam paruuli ,  
qui nihil peccatorū in semetipsis  
adhuc committere potuerunt , in  
remissio-

remissionē peccatorum ueraciter  
baptizātur, ut in eis regeneratio-  
ne mundetur, quod generatione  
contraxerunt. Nisi enim quis re-  
natus fuerit ex aqua & spiritu S.  
nō potest introire in regnū Dei.

Si quis per Iesu Christi Domi-  
ni nostri gratiam, quae in baptis-  
mate confertur, reatum origina-  
lis peccati negat, aut etiam asserit  
non tolli totum, id quod ueram  
& propriam peccati rationē ha-  
bet: sed illud dicit tantum radi,  
aut non imputari, anathema sit. In  
renatis enim nihil odit Deus: quia  
nihil est damnationis his, qui uere  
consepulti sunt cum Christo per  
baptisma in mortem, qui non se-  
cundū carnē ambulant, sed ueterē  
hominem exuentes, & nouū qui  
secundū Deum creatus est, induē-  
tes, innocētes, immaculati, puri, in  
noxij,

noxij, ac Deo dilecti effecti sunt,  
hæredes quidem Dei, cohæredes  
autē Christi: ita ut nihil prorsus  
eos ab ingressu cœli remoretur.  
Manere autem in baptizatis con-  
cupiscentiam, uel somitē, hæc san-  
cta Synodus fatetur, & sentit.  
Quæ cum ad agonem relicta sint,  
nocere non consentientibus, &  
uiriliter per Iesu Christi gratiam  
repugnantibus, non ualent. Qui-  
nimo qui legitimè certauerit, co-  
ronabitur. Hanc concupiscentiā,  
quam aliquando Apostolus pec-  
catum appellat, sancta Synodus  
declarat Ecclesiam catholicā nun-  
quam intellexisse peccatum ap-  
pellari, quod uerè & propriè in re-  
natis peccatum sit: sed quia ex  
peccato est, & ad peccatum incli-  
nat. Si quis autem contrarium  
senserit, anathema sit.

Declar

Declarattamen hęc sancta Syno  
dus, non esse suę intentionis cō-  
prehendere in hoc Decreto, ubi  
de peccato originali agitur, bea-  
tam & immaculatam uirginem  
Mariam Dei genitricem: sed ob-  
seruandas esse constitutiones fe-  
licis recordationis Sixti Papæ  
III. sub pœnis in eis Consti-  
tutionibus contentis,  
quas innouat.

F I N I S.

k ANNO

ANNOTATIONES IN  
Quintum Decretum.

**H**Aec tenus sacrosancta Synodus meras duntaxat nugas tractauit, sed eas oblique & fraudulenter impietate respersas, utilissimis quasi fundamentis suo more constitutis, adiutum sibi pararet ad confirmandam horribiliorrem impietatem, quam in hoc quinto Decreto tractandam suscepit.

Posuimus ergo plus operæ in patefaciendis consilijs uafris & impijs, quibus usi sunt patres Tridentini, cum suo patre diabolo Romano, quam in refutatione quinti Decreti nobis ponendum putauimus. Etsi enim in eo Decreto ualde impium dogma cupiunt stabilire, & quidem in doctrina magni momenti, tamē quoniam absurditas rei est tanta, ut eam & cæciūdere, & pueri intelligere possint: imò etiam ipsi patres Tridentini in suis singulis operibus experientur impietatem istius sui dogmatis, eamq; plane sentirent nisi à diabolo obsessi tenerentur: paucis indicabo, dogma esse expressè contrariū doctrinæ Apostolicæ, & toti Christianæ religioni inimicum. Summa totius disputationis hæc est.

Postea uero quam sacrosancta Synodus de peccato

## ANNOTATIONES.

peccato originis disputationem instituit, seu potius oracula sua incepit effundere, disertè cōfiteretur, Deum in renatis nihil odisse: immo etiam pronunciat anathema esse, qui concupiscentiam naturæ hominum insitam, ac etiam in post baptismum in homine permanentem, dixerit esse peccatum. O' impietatem horrendam, uerè Concilio Tridentino dignam. Quid ego audio? Concupiscentia quæ manet in renatis, non est peccatum? Tam cœci sunt, tam stupidi, tam asini omnes isti sancti patres qui sedēt in Concilio Tridentino, ut non uideant, ut in singulis suis actionibus non sentiant, non etiā suis proprijs manibus quasi palpent & attrent, quicquid ipsi faciunt, etiam quū suo iudicio in aliquo minimè impio opere se occupatos esse arbitrātur, manifestum esse peccatum contra legem Dei? Tam stulti porro sunt, & illiterati, ut Pauli uerba non legerint, qui disertis uerbis pronunciat: Concupiscentiam non nouissim esse peccatum, nisi lex diceret, Non concupisces? An id quod est contrā legem Dei, negabitis esse peccatum? O ingenitam impudentiam. Negabitis item, in uobis ipsis non modo statim post baptismum, sed etiam in hac ætate decrepita hærere concupiscentiam?

## ANNOTATIONES.

scentiam? Vestras omnium conscientias appello, ad uestra omnia opera quæ unquam ab in-  
eunte ætate perpetras sis prouoco. Et si quis,  
quam inter uos erit, qui uel unum opus à se in  
omni uita factum, producere poterit, quod ca-  
reat nō una, sed multis concupiscentijs, ut de  
cæteris uestris flagitijs taceam, causam non di-  
co, quin una litura deleatis uniuersas sacras  
literas, potissimum uero totā Pauli doctrinam,  
qui hanc tractationem luculenter persequi-  
tur. Sin, id quod res est, inuenietis omnia ope-  
ra uel sanctissimorum hominum multis concu-  
piscentijs notata, & tanquam pannum men-  
struatū (qua similitudine nihil tetrius, aut hor-  
ribilius) contaminata, qua fronte quæso audes-  
bitis affirmare, concupiscentiam non esse pec-  
catum, non esse rem ream, rem damnatam, ex  
aduerso pugnantem contra legem Dei? Vnde  
quæso proficiscuntur illæ Paulinæ uoces: Om-  
nes peccauerunt, & destituuntur gloria Dei.  
Peccatum nō noui, nisi per legem. Quod ego  
quidem ago, non probo. non enim quod uolo  
hoc facio, sed quod odi, hoc ago. Si uero quod  
non uolo, hoc facio, consentio legi, quod bo-  
na sit. Nunc autem non iam ego perpetro il-  
lud, sed inhabitans in me peccatum. Item: Vi-  
deo

## ANNOTATIONES.

deo aliam legem in membris meis, rebellantem  
legi mentis meæ, & captiuum ducentem me  
in legem peccati, quæ est in membris meis. In-  
felix ego homo, quis me liberabit ex hoc cor-  
pore morti obnoxio? Quod si ter maximus ille  
Paulus apostolus sensit, & profitetur habita-  
re in carne sua peccatum, & disertè concipi-  
scientiam uocat rem damnatam in conspectu  
Dei, inimicam legi diuinæ: qua fronte isti sa-  
crale legi negabunt, in natura hominis post ba-  
ptismum hærere peccatum, uel esse in homine  
quicquam quod Deus oderit, aut auersetur?  
An Paulus non erat baptizatus? Certe erat,  
& aliquanto sanè melius quam omnes illi por-  
tentosi uentres, qui sedent in Cōcilio Triden-  
tino. An non erat homo, ex eadē materia qua  
ceteri homines compositus? Certe erat: sed  
nullo modo tam impudens, flagitosus, & bla-  
phemus, quam patres qui illū lacerant in Cō  
cilio Tridentino. Quid ergo? Hoc illud est,  
quod ex professo consentientib. animis cōiura-  
uerunt aduersus Deum & aduersus Chri-  
stum eius. Proinde monendus fuit pius le-  
ctor, ut ab istis furiosis impostoribus, inimicis  
crucis Christi, sedulò sibi caueret: & fontes  
suorum consiliorum atque impietatum obiter

aperiuimus, quibus cognitis, reliquæ blasphemæ  
quæ in totis Decretis con-  
tinentur, facilius intel-  
ligantur.

F I N I S.

DECRETVM VI.

CVm tuba cœli, & doctor or-  
bis Paulus apostolus, in al-  
tissima illa Romanorum epistola,  
postquā spectandū humano ge-  
neri proposuerat Adam, à quo  
uno, uelut à radice rami, tota hu-  
mana natura corrupta est: mox  
uiuacissimo & admirabili spiritu  
proposuerit & Christum Iesum,  
à quo in omnes homines gratiam  
uitāq; deduxit, ut inde humanā su-  
perbiā domaret, hinc Dei gra-  
tiam

tiam & misericordiam affereret  
magno iure sacrosancta Tridentum Synodus, &c.

Post Decretū de originali peccato, quod uerus ille Adam ad nos carnali generatione transfudit, ad ipsam peccatorum iustificationē, quæ per nouum Adam, Christum Iesum, nobis spiritus sancti gratia tribuitur, declarandam, dilucidandamq; eo quo regitur spiritu sancto freta descēdit, anxia mater pro filijs, omnī hominum iusticiam esuriens & sitiens. Quia uero circa sacrosanctū istud desideratissimae iustificationis mysteriū, unde & Christi gloria, & hominum salus pendere cognoscitur, multæ & noxiæ opinions in populis, tanquam in agro spinæ & tribuli germinarūt, quibus ubiq; abundat iniquitas, &

tas, & refrigerescit charitas: In re omnibus necessaria, omnibus consulere uolens, sapientibus insipientibus. Ut uero eo clarior doctrina iustificationis habeatur, quo distinctius tradita fuerit, de modo quo infidelis primum iustificatur, deinde quo pacto inter fideles iustus in iusticia crescit, deniq; quia lapsus ratione reparatur, seorsim canones statuit ac decernit, ante omnia, generalia haec uelut totius huius ædificij fundamenta præponens: Qui corde credit, & ore confitetur.

Firmiter credimus, & simpliciter confitemur, quod post peccatum Adæ, nullus unquam homo uel per naturam, uel per legem, si ne gratia illa Dei, quam Christus Iesus humano generi promeruit, potuit, aut potest iustificari, in iusticia

sticia crescere & conseruari, iustici  
amque recuperare coram Deo. Hic  
est enim ille agnus Dei, qui tollit  
peccata mundi. Hic est medicus,  
qui non uenit propter sanos, sed  
propter ægrotos. Hic saluator,  
qui uenit quærere & saluum face-  
re, quod perierat. Hic redem-  
ptor, cuius precioso sanguine de-  
lentur debita nostra, in quo cresci-  
mus in iusticia: eum, si peccaueri-  
mus, aduocatum habemus iustū,  
qui interpellat pro nobis. unde e-  
tiam Abel iustum, & Noe, Abra-  
ham, Isaac, Iacob, & omnem illam  
præclaram sanctorum Patrum  
multitudinem, ante legem & in le-  
ge, nouimus per Christum Iesum  
occisum ab origine mundi, fuisse  
iustificatā. Verē enim gratis mor-  
tuus fuisset, si ex natura uel lege,  
homines per Adam iniusti, sine il-

Io fuissent iusti. Sed uerē gratis  
mortuus non est. nam erat natu-  
ra, & non iustificabat. Data fuit  
lex, & nō iustificauit: sed ad Chri-  
stum, per quem homo iustificare-  
tur, tanquam paedagogus perdu-  
xit. Atque ideo in merito ipsius  
Christi Iesu, præter quē aliud fun-  
damentum nemo ponere potest,  
fundatur omnis iusticia iustorū,  
uel satissactoria pœnæ, uel meri-  
toria uitæ: quia nec ob offensam  
Dei dignus est quisquam pœnitē-  
tia, qui absoluat sine illo in quo  
Deus sibi semper cōplacuit: nec  
immensam illam hæreditatem di-  
gnus est qui consequatur, sine eo  
quem constituit hæredem uniuer-  
sorum, ut sit ipse primogenitus in  
omnibus fratribus.

Firmiter credimus, et simplici-  
ter confitemur, qđ non est minus  
efficax

efficax ingens illud Christi meri-  
tum ad iustificandos homines,  
quam delictum Adæ ad condem-  
nandos: sed magis. Nam si, iudi-  
cante Deo, unius delicto mors re-  
gnauit in omnes in cōdemnatio-  
ne: multo magis, miserante Deo,  
per unius iusticiā , abundantiam  
gratiæ accipere possunt omnes,  
in iustificatione uitæ, ut uerè iusti-  
sint coram illo. Non tantum igit̄  
sine Christo Iesu nullus est iustus,  
sicut sine Adam nullus nascitur  
iniustus: sed quemadmodum ex  
Adam unius delicto , omnes ho-  
mines iniusticiæ rei fiunt, ita per  
Christum Iesum , non ex una illa  
iniusticia quam contrahunt, sed  
ex illis etiam quas faciunt liberan-  
tur . uerè enim Deus benedictus  
uult omnes homines saluos fieri,  
et neminem perire. & uerè Domi-  
nus

nus noster Iesus Christus pro omniū hominū redēptione est passus , unam omnium natūram in carne suscipiens ex Adam, & unam omnium causam in cruce sufficiēter agens pro filiis Adē factus est ille omnibus hominib. uerè Iesus, id est saluator, ut scilicet per eum impīj iustificari, iusti perseuerare, lapsi resipiscere possint.

Etsi uerò pro omnibus mortuus est Iesus Christus, firmiter tamen credimus & confitemur, quod oportet, ut illis qui iusticiā salutemq; per Christū Iesum consequi uolunt, ipsum Christi Iesu meritum applicetur. Medicina enim etsi in se, id est uirtute sua omnibus prodest, à quib. tamen nobibitur, apud eos nihil proficit. Venenum Adē communiter per generationem carnis ab omnibus

bus bibit, quia natura bibitur, nō  
uoluntate; medicina Christi que  
super naturam est, uoluntate reci-  
pitur, nō natura. Vnde quod A-  
dam malū potest, actu etiam facit.  
Quod Christus boni potest, actu  
non omnes assequuntur. Ut hinc  
appareat, quid natura sit, quid  
gratia. Gratia enim non est nisi re-  
cipere uolentium, natura non uo-  
lentium: atq; ideo natura est om-  
nium, gratia non omnium. Non  
dari autem gratiam istam nisi pre-  
destinatis, et ad illā per Iesum Chri-  
stum uocatis. Reliquos, quos ta-  
men Deus ad se uenire non uult,  
ut pote diuīna potestate prædesti-  
natos ad malum, ut non Dei sed  
diaboli uoluntatem faciant, &  
pereant in æternum, non modo  
non credimus, sed si qui sunt qui  
tantum malum credere uelint, il-  
los

los cū omni detestatione à anathēma dicimus. Nam si pereunt muliti, nec iuuantur ne pereant, causa in eis est, nō in Deo. Ipse enim alleuat omnes qui corruunt, & erigit omnes elisos. Et priusquam deficeratur, neminem deserit, & facit plerūq; ne deserat, et si quis eum deseruerit ut redeat: ut sic uerè maledicti sint omnes, qui se clongant à Deo.

Si quis ergo dixerit, impiū qui à Deo per Iesum Christum iustificatur, iniustum quidem esse, et manere, sed tantum iniustum reputari, non & iniustum fieri, ut ipsa iustificatio sit sola imputatio iusticiæ, anathema sit. Quia ut non tantum reputabatur iniustus, sed uerè iniustus erat, dum esset membrum Adæ: sic uerè non modo reputatur, sed efficitur iustus, dum fit membrum

membrū Christi. Et hæc mutatio  
est dextera Excelsi, qua ablutus;  
sanctificatus, iustificatusq; est: &  
dicitur, ut olim tenebræ, ita nunc  
lux in Domino.

Si quis dixerit, solam remissio-  
nem peccatorum esse integrā ple-  
namq; totius huiusc iustificatio-  
nis rationem, non & cum ea dona-  
tionem iusticiæ, quam is qui iusti-  
ficatur, assequitur, anathema sit.  
Quia iustificatus non modo uete-  
rem hominem exuit, sed induit  
nouum: non modo moritur pec-  
cato, sed uiuit iusticiae: non modo  
consepelitur, sed consurgit Chri-  
sto Iesu. ut D. Paulus exemplar  
fecerit remissionis peccatorum,  
mortē Christi: iustificationis aut,  
resurrectionem, dicēs: Traditus  
est propter delicta nostra, et resur-  
rexit ppter iustificationē nostrā.

Si

Si quis dixerit, iusticiam quæ  
in hac iustificatione donatur, esse  
solam illam iusticiam Christi, qua  
in ligno crucis exoluit quæ non  
rapuit, implēs pro nobis omnem  
iusticiā, ut diuinæ iusticiæ, quam  
tota natura in Adam lœserat, satis  
faceret, anathema sit. Promeruit  
quidem solus Christus Iesus sua  
magna illa iusticia, ut homo per  
ipsum iustus efficiatur: sed iusticia  
quæ in illo ipso sit, non in Chri-  
sto, actus iusticiæ illius Christi  
in eo non est. Iusticia qua iusti su-  
mus, habitus est diuinæ gratiæ  
quæ in nobis est. Quanquam  
non per nos, sed per eum, & à  
Deo: à Deo, ut qui efficit: per  
eum, ut qui meruit. Hoc modo et  
nō aliter intelligendum est, apud  
sanctos iusticiam Dei & Christi  
fieri nostram iusticiam.

Si

Si quis dixerit, illā ipsam Dei  
gratiam, quæ in iustificatione da-  
tur, quæ gratum faciens dicitur,  
quæ scilicet uel est Charitas, uel  
non sine charitate, qua una uerē  
iusti sunt, quicunq; iusti sunt, nihil  
esse in nobis inserens, uel infor-  
mās, anathema sit. Hoc est enim  
preciosum illud, & maximū Dei  
donum, quo & infantes & adulti  
per Christum Iesum noua creatu-  
ra, hoc est Deo conformes, & ut  
est apud D. Petrum, diuinæ con-  
sortes naturæ efficiuntur, regene-  
rant, uiuificant: &, ut inquit D.  
Ioannes, filij Dei nō modo nomi-  
nant, sed uerē sunt, unde illud D.  
Pauli: Charitas Dei diffusa est in  
cordibus nostris, per spiritum  
sanctum, qui datus est nobis. & il-  
lud Ioannis: Semen Dei manet in  
eo. & illud: Fiet in eo fons aquæ

uiuæ salientis in uitam æternam.

Sí quis dixerit, quòd ob id tan-  
tū impio deſ gratia, ut ſciat quid  
appetere debeat, quid uitare, nō  
etiam, ut quod faciendū cognoue-  
rit deligat, atq; ideo faciat, aut ut  
per eum peccata quæ commisit  
remittantur, non ut adiuuetur  
ne alia committat, aut ut facili-  
us iustè uiuere, æternamq; uitam  
mereri poſſit, quaſi ſine ea per li-  
berū arbitriū ſolū utrumq; etiam  
poſſit, ſed cum diſſicultate, anathe-  
ma ſit. Nō enim ait Dominus, ſi-  
ne me diſſicilius poſteſtis facere:  
ſed ait, Sine me nihil poſteſtis face-  
re. Vnde nec æternā uitā mereri,  
uel implere diuinā legē, nec uitare  
peccata omnia, nec uincere tēta-  
nes, nec ad intētionem Dei cū ſu-  
per omnia diligere poſteſt homo,  
niſi primū fiat iustus ex iniusto,

& ſit

& sit actu membrum Christi, à  
quo accipiat unde uiuat.

Si q̄s dixerit, qđ ex operib. hāc  
iustificationis gratiā p̄cedentib.  
eam infidelis ualeat p̄mereri, cū in  
illis, quātlibet bonitate præpolle  
ant, nihil sit uel iusticiæ uel debiti,  
ut inq̄t et p̄bat D. Paulus, anathe  
masit. In hac enim iustificatione  
merita hominis tacere debent, ut  
sola Christi gratia regnet. Nā si na  
tura nostra, in primo parēte illæsa  
et in columnis gratiā hanc quā acce  
perat nō custodiuit, quomō nūc  
vulnerata & semiuiua in filijs suis  
reparare poterit q̄ perdidit: Do  
natur igit̄, nō comparat: tribuit,  
non retribuit. Est munus, non est  
merces: qđ qui negat, uel certè nō  
habet q̄ habere se credit: uel si ha  
bet, auferetur ab eo, quia est et in  
gratus naturæ, & ignarus gratiæ.

I 2 Si

Si q̄s dixerit, illā gratiā donari  
à Deo adiuto homini omnino si-  
ne eo, ita ut quemadmodum non  
cooperatur iustificanti, sic liberē  
non consentiat illi, quasi exanime  
organum illa tantū recipiat, non  
et seipsum, à Deo primū motus,  
libere moueat, ut ea recipere uelit,  
anathema sit. Liberum enim ar-  
bitriū hominis, propter peccata  
Adæ, uel alia, non ita perijt de hu-  
mano genere, ut à Deo excitatū:  
quemadmodū à se ipso liberē dis-  
sentire potest, & Deo uocāti resi-  
stere. iuxta illud, Vocaui & renui-  
stis, uolui & noluistis. sic iuuante  
Deo, qui uocauit, seipsum moue-  
re sua libertate non ualeat ad con-  
sentiendum uocanti, trahenti, pul-  
santi, inuitanti. Nā Christus Iesu  
qui totum hominem sanum fecit,  
non ab re interrogauit eum, Vis  
sanus

sanus fieri; ut omnino cadat im-  
pius ille error, quo dicitur, Libe-  
rum arbitrium post peccatum  
est res sine titulo, immo titulus sine  
re. Hinc in sacris literis præpara-  
tio ad iustificationem, apertio cor  
dis, & conuersio ad Deum, nunc  
Deo, nunc homini tribuitur: quia  
uerè præparat se homo, et conuer-  
tit cor, inclinat & aperit, sed præ-  
parante, conuertente, inclinante  
& aperiente Deo. sicut scriptum  
est: Nemo uenit ad me, nisi pater  
meus, qui misit me, traxerit eum.

Si quis dixerit, cōsensum istum  
hominis, quo Deo uocanti cre-  
dit, sicut discipulus magistro, ip-  
sum scilicet actum credendi, qui  
est ante iustificationem, esse tan-  
tum opus Dei, & non ipsius ho-  
minis adiutū à Deo, anathema sit.  
Dei quidem donū est fides, quia

proprijs liberi arbitrij uiribus si-  
ne gratia praeueniente , nemo po-  
test fidei nostrę Catholice myste-  
ria credere: sed neq; mereri, ut sibi  
detur quod credat , ut neq; quod  
Deum diligat, ne quis de fide uel  
de charitate glorietur . Verunta-  
mē ipsum credere actus hominis  
est, & in ipsius credentis uolunta-  
te consistit . Excitatio ad fidem sit  
miserate Deo, in homine, sine ho-  
mine . Ipse enim illuminat intelle-  
ctū, ut credibilia uideat: mouetq;  
uoluntatē, ut imperet actui . Et ip-  
se actus ita est hominis cū Deo, ut  
non Deus, sed homo in sacrīs lite-  
ris liberē sentire, cogitare , uelleq;  
dicatur . Nō quidē tanquam ex se  
ipso, sed tanquā ex Deo: qui cum  
excitet solus, cū gratiam infundat  
solus, iustificationē scilicet initias  
& consumans, et si in medio agat  
homo

homo & Deus, nimirum sic dicitur hominis iustificationem efficer solus.

Si quis dixerit, quod sola fides omnino sine alijs operibus iustificat impium, hoc est impetrat illis iustificationē, in quo sensu ab hæreticis hac etate proferē, quasi nihil aliud ad hoc ex parte hominis requiratur quam credere, anathema sit. Quia ut sine cognitione Dei, quæ per fidem habet, sic nec sine dilectione aliqua ipsius, nec sine fiducia in eum. Quia nec sine poenitentia paratus est infidelis, si actualis culpæ reus fuerit, ut ab ipso Deo iustificetur: dicente Domino, Nisi poenitentiam egeritis, omnes simul peribitis. Ille ergo actus credendi iustificationē precedingens, qui & fides dicitur, non modo non est solus, sed non est

etiam solus ad hoc, ad impetrantem  
scilicet iustificationem. Nam  
omnia quae in sacris literis requiri  
rit Deus, accipiuntur ab eo cum  
fide, & non sola fide tantum iustifi-  
cat impium. Hinc non solum si-  
dem, duo illi principes aposto-  
lorum Petrus & Paulus, sed cum  
fide poenitentiam simul & baptis-  
mum prædicabant iustificandis.  
Christus Iesus dicebat, non Qui  
crediderit tantum, sed, qui credi-  
derit & baptizatus fuerit, saluus  
erit. indicans, cum baptismus sit  
renascentia quædam & renoua-  
tio, neminem qui suæ sit arbiter  
uoluntatis, ritè posse baptizari, ni-  
si eum ueteris uitæ poeniteat, atq;  
ideo eam deponat. Vnde in anti-  
quissimo rito omniū ecclesiarum,  
baptizandis proponi: in catechu-  
meno Christus Iesus, non modo

ut sal-

ut saluator, in quem credant, sed  
ut legislator, cui obediant. Non  
enim consepiuntur Christo per  
baptismum in morte, nisi fidem  
Christianam profiteantur, et diabo-  
lo abrenuncient, & promittant se  
seruare mandata Dei. Quia sine  
his omnibus ab Ecclesia sancta Dei  
non habentur tanquam sufficien-  
ter preparati, ut in Symbolo ue-  
ste candida Christum induant.  
Quin nemo dubitare debet, quod  
actus dilectionis Dei, fidem sequens,  
sit proximior dispositio ad ipsam  
iustificationem apprehendendam,  
quam credere solum; sicut & ipsa  
charitas illud est, in quo consistit  
iustificatio, magis quam fides. Un-  
de inuisibilia illa bona D. Paulus  
ex Esaia propheta preparata esse  
testatur, non tam credentibus  
Deo, quam diligentibus Deum.

Ideo autem in epistolis D. Pauli  
ad Roma. & Galathas tantopere  
commendatur fides in ipso iustifi-  
cationis negotio, quasi ex ea totū  
ferē pēdere uideatur: quia sine ea  
nullus ad iustificationem sufficiē-  
ter disponi potest. Nā credere est  
primus actus, quo impij in Deū  
parātur, quo dant gloriam Deo,  
quo hominem ferē exeunt, & ele-  
uantur supra naturā hominis, cre-  
dentes saltē simpliciter omnia E-  
uangelice fidei mysteria, quæ ocul-  
lus non uidit, neq; auris audīuit,  
nec in cor hominis ascenderunt.  
Vnde per excellentiam quan-  
dam, præ cæteris omnibus appellat-  
latur opus Dei in Euangelio, ut  
quod primum Deo placet in ho-  
mīne, & omnia antecedit, quæ ad  
salutem faciunt, & omnes secum  
(nisi obicem illi ponant, & sit in  
spiritu

spiritu corum dolus) adducit ad  
impetrandam iustificationem.

Dum autem D. Paulus, et post eū  
aliqui ex sanctis Doctoribus, ope-  
ra à iustificatione ista excludunt,  
uel de exterioribus tantum intelli-  
gunt, uel de ijs potissimum quæ o-  
pera legis dicuntur, aut de alijs  
intendunt, de his loquuntur quæ  
ante ipsum actum credendi fiunt.  
Et sine speciali illo gratiæ preueni-  
entis auxilio, aut demum absolu-  
tè, & sine exceptione loquen-  
tis, hoc unum moliuntur, quòd  
iustificatio ista impij, in eo qui  
iustificatur, præcedentia illius  
merita nulla habet, & satisfa-  
ctionem ullam non exigit, pro-  
pter efficaciam baptismi, qui  
est sacramentum fidei: quo qui  
tingitur, uirtute eius, non solius  
fidei, configuratur similitudini  
mortis

mortis Christi, & ex pacto eius  
qui fidelis est, & non potest nega-  
re semetipsum, particeps illius effi-  
citur, ut per eum uetus homo si-  
mul crucifigatur, & destruat cor-  
pus peccati. In eo enim Iesu Chri-  
sti merita, si in forma Ecclesiae su-  
scipientur, primum omnibus qui  
Christiani fiunt, applicantur. Ut  
per lauacrum regenerationis hau-  
riant ex Christo iusticiam, sicut ex  
Adam per uehiculum generatio-  
nis hauserunt iniusticiam. Fidem  
tamē sancti Doctores intelligere  
consueuerunt, uel quam omnia  
prædicta opera comitantur, uel e-  
tiam quæ sectis nefarijs gentium  
opponitur: ut idem nōnunquam  
sit apud eos fides Christi, quod  
uniuersa religio. Quod etiam in  
symbolo Athanasij uideri potest.  
Si quis autem dixerit, iustifica-  
tum

tum hominem etiam quantumlibet perfectum, non teneri ad obseruationē omniū mandatorum Dei, quæ in Euangelio præcipiuntur, sed tantum ad credendum ut sit hæres uitæ æternæ, anathema sit. Sit enim licet perfectæ libertatis Euangeliū, non tamen ideo Christiani sunt soluti legibus preceptorum. Quin ne missitando uel iactando fidem Christi, moribus fiant Antichristi, & libertatē spiritus in occasionem dēt carnis, cui libet eorū dicit: Si uis ad uitā ingredi, serua mandata. Vnde patet, credentib. nō absolute, sed sub conditione promitti æternam uitā. iuxta illud, Heredes quidem Dei, cohæredes autem Christi, si tamen compatimur, ut & congloricemur. Ut enim nisi rebellantium & inobedientium pater est ipse

ipſe Adā, cuius inobedientia damnatus est totus orbis: ita non nisi obedientes & dicto audientes, digni filij sunt ipsius Iefu Christi; qui ideo factus est obediens usq; ad mortē, mortē autē crucis, ut per inobedientiā rei, per obedientiam iusti efficeremur. Atq; propterea obediētib, atq; obtemperātibus, hoc est sibi, nō iam Adæ similib. factus causa salutis, ut est apud D. Paulū. Nō est ergo satīs, ē pectorū tenebris euasisse, ut simus lux in Domino: nīsī etiā ut filij lucis ambulemus, sobriē nobis, Deo piē, proximo iustē uiuētes, se statores bonorum operum, quæ præparauit Deus, ut in illis ambulemus, per bona opera certā et firmā nostrā uocationē facientes, quia qui pſeuerauerit, saluus erit.

Si quis dixerit, per bona opera non

nō auger i corā Deo iusticiā semel  
habitā, atq; etiā conseruari, sed tan  
tū Deo pbari, significariq; et ostē  
di hominib. anathema sit. Quem-  
admodum enim in columitas cor  
poris sine exercitatione membro-  
rum, ita sanitatis animæ sine ex-  
ercitio honorū operū languescit,  
atq; etiā sepe perdit. Nā ob id dat  
iusticia, quę sanat hominē, ut sana-  
tus impleat legē: non sanat quia  
impleuerit, sed ut impleat. Vt hic  
omnino cadat error ille, quo abso-  
lutē asserit, cōtra fundatissima fun-  
damēta Christianę religiōis, Sola  
fide hominē sine operib. iustifica-  
ri. Nā hoc ipsum iustificari, dicit  
p̄ficere: scilicet in iusticia. iuxta il-  
lud Ioānis: qui iustus est, iustificet  
adhuc. De hac aut̄ potissimū iusti-  
ficatiōe est uox illa Iacobi, uidetis  
quia ex operib. iustificat homo,

& non

& non ex fide tantum. Abraham  
pater noster, nonne ex operibus  
iustificatus est? & ex operibus fi-  
des eius consummata est? Vnde pa-  
tet, quod bona opera non sunt iu-  
stificationis tantum fructus & si-  
gna, sed & causæ.

Si quis dixerit, de bonis operi-  
bus iustificati hominis loquēs, su-  
perba uox est meritū, anathema  
sit. Verè enim meritū operum il-  
lorum est, quia duce gratia, co-  
mite uoluntate, illa præuia & pe-  
dissequa non modo augmentum  
gratiæ, sed & gloriam æternæ ui-  
tæ, per ea ipsa, qui uerè iustificati  
sunt, promerentur, quatenus in  
Deo sunt facta, per diuinam illam  
gratiā qua Christo insiti sunt, ut  
uiti palmites: de plenitudine il-  
lius accipientes, illius promissioni  
bus inhærētes. Neq; enim digné  
aliud

aliud præmiū retribui potest, q̄d  
id cuius per Christum arrā & pi-  
gnus acceperūt, quo signati sunt,  
quo uncti sunt. Vt iq̄ uita æterna  
gratia dicitur: quia nisi gratia  
merita præcessisset, non esset me-  
ritum, cui gloria tribueretur: sed  
post gratiam iam corona, merces,  
& brauium, non fidei certè solum,  
sed operū appellatur: & illis non  
modo dari, sed reddi, tanquā co-  
rona iusticie, à iusto iudice, prædi-  
catur. Ob id hortatur D. Paulus,  
ut diuites siamus in bonis operi-  
bus, thesaurizantes fundamen-  
tum bonum in futurum, ut appre-  
hendamus æternam uitam. Quo  
certè nihil uehemētius in laudem  
operum dici potuit. Vt hinc ca-  
dat error ille, quo dicitur, Eos qui  
remunerationem illam cū Moy-  
se aspiciunt, & proposito sibi illo

m gaudio,

gaudio, cū Christo crucem suam  
tollūt, & sequuntur eum in omni  
bus suis bonis operib. hac ratione  
peccare. Modo enim primū lo-  
cum sibi uendicet charitas, atque  
ideo Deus, et hoc quoq; licet, nē  
pe intuitu illius mercedis, quæ in  
cœlis copiosa reposita est opanti.

Si quis dixerit, quod iustificati  
uel sine gratia Dei perseverare  
possunt, uel cum gratia Dei non  
possunt, anathema sit. Nam non  
modo illa ipsa gratia iustificatio-  
nis, sed ipsa etiam perseverantia in  
ea gratia, Dei donum est. Verè au-  
tem per Christum Iesum, nisi diui-  
na gratia defuerit, aut illam in ua-  
cuum receperit spiritu facta car-  
nis mortificaueritis, implere quis-  
quam potest legem Dei. Eteā sal-  
tem ratione pro hominis fragilita-  
te perfecte diligere Deū, ut si non  
tollatur

tollatur amor extraneus, ad quod  
desiderandum omnes excitatur,  
tollatur saltem contrarius, ad quod  
implendum obligantur. Et si con-  
cupiscentiam carnis extinguere non  
possunt, ne rebellet: domare sal-  
tem possint, ne imperet. siquidem  
impietas abominabilis est dicere,  
Deum impossibilia praecipisse.  
Ideoque secundum fidem Catholi-  
cam, si fideliter & pie omnes bap-  
tizati, non aliqui tantum laborare  
uoluerint, Christo eis auxiliante  
& cooperante, ut debet, sic & pos-  
sunt, omnia quae ad salutem perti-  
nent pro hoc statu uitae adimple-  
re, & in gratia iustificationis acce-  
pta perseuerare: quod multos fe-  
cisse dubium non est. Inter ea uero  
opera quae maxime iuuant, ut pec-  
cata omnia declinari, & diuina  
pracepta perseueranter impleri  
m 2 possint,

possint, nihil ipso seruore, frequē-  
tia & uehementia orationis effica-  
cius: qua interdum fit, ut Deus o-  
bediat uoci hominis. Neq; enim  
incassum oratio est. Oportet sem-  
per orare. &, Orate ne intretis in  
tentationem. Ipsum autem Cōfir-  
mationis sacramētum, plurimam  
uim ad hoc habere cognoscitur:  
in quo Christi Iesu merita fidelib.  
deuotē suscipientibus, ad robur  
& augmentū gratiæ in Baptismo  
acceptæ cōmuniter applicantur.  
Neq; dubium, quin frequentatio  
sacrosanctæ Eucharistiæ, que ue-  
rè est cibus & panis uitæ, ut in  
Christo nati, à Christo nutrian-  
tur, ad id plurimum possit, si non  
indignè (quod absit) suscipiatur.  
Et si uero peccata uenialia, quæ le-  
ues & minutæ culpæ dicuntur à  
pluribus, uix ad copiam in omni  
uita

uita caueri possint, quæ tamē admissa, orationibus, misericordia in miseros, tunisionibus pectoris, aspersione aquæ benedictæ, & alijs modis facile diluunt: impium tamen est, falsum & hæreticum, dicere, quod in quolibet bono opere iusti uenialiter peccent: intolerabile autem, quod inferos mereantur: sed ideo non damnari illos, quia Deus illa non imputat. Non enim iniustus est Deus, ut obliuiscatur laboris eorum, inquit D. Paulus. Qui tamen ad iniquitatem respicere non potest, iuxta Prophetam.

Si quis dixerit, in huiusmodi bonis et sanctis operibus, quibus homines Dei iustificati sunt, iustificantur, & iustificabuntur in Christo, nos nihil agere, sed tantum agi à spiritu sancto, anathema sit.

m 3 Quia

Quia qui dixit, Faciā ut faciatis,  
& nos facere, et sine illo facere nō  
posse, manifestē docuit, ut nemo  
sit segnis & remissus ad seruien-  
dum Deo: nec sic confidat de gra-  
tia Dei, tanquam Deus liberi ar-  
bitrij, quod reparauit, & sibi præ-  
parauit non secus quām sessor e-  
orum strenuitatem, cursum,  
& opera non requirat. Quo tan-  
dem fidenter cum D. Paulo dice-  
re possit, Bonū certamen certavi,  
cursum consummaui, fidem serua-  
ui: non ego autem solus, sed gra-  
tia Dei mecum: ut qui gloriatur,  
in Domino glorietur.

Si quis dixerit, semel iustifica-  
tum hominē peccare, ad iniustici-  
am labi & diuinam gratiam amit-  
tere non posse: atq; ideo qui labi-  
tur, & peccat, uerè iustificatum  
non fuisse, anathema sit. Nunquā  
enim

enim impeccabiles sumus, quām  
diu in corpore mortis huius suspi-  
rantes, ad libertatem gloriæ filio-  
rum Dei peregrinamur à Domi-  
no: quia manet in carne concipi-  
scētia, & nō est in nobis perfecta  
iusticia quoad uiuimus. Igitur in  
hac ualle lachrymarū, ubi hostes  
sunt in medio nostri, nulla est no-  
bis securitas: sicut scriptum est,  
Qui stat, uideat ne cadat. Scilicet  
inter spē & timorē ambulandum  
est, & non de diuina misericordia  
solum, quod præsumptio est, sed  
de diuina etiam iusticia, quod ue-  
ra pietas & religio est, cogitandū.  
iuxta illud: Seruite Domino in ti-  
more, & exultate ei cum tremore.  
Vthic cadat ille error, quo dici-  
tur, non modo conīci, sed certò  
sciri à iustificatis, quod sint prede-  
stinati, & quòd sint in Dei gratia.

m 4 Et

Et ille alius quo dicitur, Teneri iu  
stificatos omnes, ut id firmiter &  
certò credant. Quo nihil uel ma  
gis temerarium, uel à Christiana  
humilitate magis alienū dici po  
test. Nā delicta quis intelligit: cla  
mat psalmus. & D. Paulus: Nihil  
mihi conscius sum, sed nō in hoc  
iustificatus sum. Quia quinos, &  
opera nostra iudicare debet, Do  
minus est: cui uni stamus, aut ca  
dimus. Neq; enim me ipsum iudi  
co, inquit Apostolus: tanquam  
non nihil de bonis operibus no  
stris diuinæ gratiæ innitentes, cō  
fidere possimus ut & singula pec  
cata, iudiciū Dei ante oculos no  
stros statuentes, perhorrescere di  
scamus. Licet magis omnino &  
frequentius ob misericordiā Dei  
sperandum sit, quàm ob iusticiam  
formidandum.

Si

Si quis dixerit, in eo qui à iustitia  
ad iniusticiā labitur, perdi semper  
cum iusticia etiam fidem, rursumqe sola fide omnino sine alijs  
operibus recuperari & amissam  
iustificationem, aut Dei gratiam,  
anathema sit. Quia uerè cum pec-  
cato mortali manet fides, et perdi-  
tur iustificatio . Excitante autem  
Deo, sua illa gratia præueniente,  
sine qua impium est dicere, quod  
quispiam propria peccata detesta-  
ri & odisse ualeat: propter ipsum  
Deum eliciēs homo actum fidei,  
qui est credere in eum qui iustifi-  
cat impium , diuina benignitate  
ad poenitētiam adducit: que ideo  
secūda tabula post naufragium,  
ab antiquissimis Theologis est  
appellata, quod sine ea nullus a-  
missam iusticiam & salutem recu-  
perare possit, quantumlibet cre-

dat, atq; etiā fidat. Per ipsam enim  
pœnitentiā, quæ est sacramentum,  
communiter applicantur Christi  
merita fidelib. lapsis, ut resipiscere  
possint. Hæc aut̄ tres partes cōple  
ctitur: Contritionē, confessionē,  
& satisfactionem. quarum prima  
super re ipsa, duæ ultimæ saltem  
in uoto semper sunt necessariæ.

Si quis dixerit, peccata omnia  
illi esse remissa, qui remissa esse cer-  
tò credit ac statuit, atq; hanc esse  
illam fidē quam requirit Deus à  
peccatore, ut iustifice, anathema-  
sit. Non enim sic dicunt sacræ li-  
teræ, in quibus illud est contrà su-  
perbam hanc & temerariam, sepe  
etiam falsam fidē. Quis scit, si con-  
uertatur & ignoscat Deus? Sed  
sic dicūt, Cum auerterit se impius  
ab impietate sua, et fecerit iudiciū  
& iusticiam, ipse animā suam uiui  
ficabit.

ficabit. Fides autē quam requirit  
Deus, est fides Euāgelica, qua cer-  
tō credimus doctrinæ à Christo  
per seipsum, per Apostolos, et per  
Ecclesiam traditę, quæ pœnitentia  
includit, sine qua nulli creden-  
tium cōtingit peccatorū remissio.  
Et si uero nec iustificatio ista, qua  
iusticia recuperat ex operū præ-  
cedenti debito, haberī potest; Dei  
enim donum est, qui solus eripit  
peccatores de potestate tenebra-  
rū, & trāsfert in regnū filij dilecti-  
onis suæ, auferens ab eis cor lapi-  
deum, & dans eis cor carneū: du-  
ce tamen actu fidei, & ipsa alia bo-  
na opera interiora et exteriora ma-  
gnā disponēdi uim secū habēt, ad  
illam per Christū Iesum obtinen-  
dam: quia per ipsam uirtutem fi-  
dei, peccator manet adhuc mem-  
brum Christi, non uiuū quidem,

sed

sed tamen coniunctum. Atq; ideo  
nimirum, si opera eius respiciun-  
tur à Deo, dum est in uia ad iusti-  
ficationem, & multo minus hic  
tribuatur tota uis recuperandæ  
iustificationis fidei solæ, quasi il-  
lam solam respiciat Deus. Nam  
apertè dicitur ab angelo: Memor  
esto unde excideris, age pœnitен-  
tiā, & priora opera fac. Et de Deo  
dicitur in sacris literis, quod dissi-  
mulet peccata hominum propter  
pœnitentiam, non propter solam  
fidem. Id quod exemplum etiam  
Niniuitarū ostēdit. Vnde & insi-  
delibus, & ad Christū porro ueni-  
entibus pœnitentia, cæteris incul-  
canda est fides, qui ad salutares &  
quas uenient, & Christiani fiunt,  
sine quibus salui esse nō possunt.  
Ita inter Christianos, peccatores,  
quorum magnus est numerus,

dum

dum à prædicatoribus excitatur,  
ut redeant ad cor, terroribus pœ-  
narum uerberandi humiliandi  
sunt, & præmiorum laudibus eri-  
gendi, ut satagant in bonis operi-  
bus abundare, ut in ieunij, ora-  
tionibus, eleemosynis: si quando  
det illis Deus pœnitentiam ad ui-  
tam, ut resipiscant & liberentur à  
diaboli laqueis, à quo captiuū te-  
nen̄t. Nota est enim uox illa Chri-  
sti Iesu: Nisi abundauerit iusticia  
uestra plus quam scribarum &  
Phariseorum, non intrabitis in re-  
gnum cœlorum. Ut procul absit  
quod dicitur, Quicquid agimus  
ante impetratam iustificationem,  
peccatum esse damnabile, nec an-  
te illam posse nos uel uotum gra-  
tiæ habere. Hinc uero illud etiam  
patet, cum impiè asseritur, Dolo-  
rem qui ante iustificationem affu-  
mitur,

mitur, de peccatis timore gehennæ, peccatum esse, & peccatores peiores facere. De illo enim timore dicitur, Initium sapietiae timor Domini. Vnde & Christus Iesus comminando ad hunc timorem inducebat: Timete, inquit, eum qui potest corpus & animam mittere in gehennam. Cuius exemplum sancti omnes sequuntur, & ipsa tota Ecclesia à tempore Apostolorum semper secuta est.

Si quis dixerit, remissa culpa, atq; etiam reatu poenæ æternæ de leto, non manere quandoq; reatum poenæ temporalis exoluenda, uel in hoc seculo, uel in futuro, ante quam ad regnum cœlorum admittamus, anathema sit: quia contradicit sacris literis, sanctæ Ecclesiæ et unanimi consensui patrum, qui inde collegerunt ad mortificationem

tionem carnis, non tantum uelut  
antidotū peccatorū futurorum,  
sed remedium uel redemptionem  
præteriorum iam multis antē se-  
culis, satisfactiones, canones pœ-  
nitentiales, indulgētias, atq; etiam  
pia suffragia p uiuis & mortuis.

Iam igitur tandem his promul-  
gatis et lectis, animum suum incli-  
nare nemo differat. Et qui hacte-  
nus aliter quām oportet de iusti-  
cia nostra, & iustificatione sense-  
runt, quiq; minus cautē & non se-  
cundum fidei catholicæ regulam  
de ea locuti sunt, deceptos se, &  
ab eis in præcipitia errorū simpli-  
ciores abstractos fuisse do-  
leant, atq; ideo resi-  
piscant,

F I N I S.

ANNO

ANNOTATIONES IN  
Sextum Decretum.

Imputauimus nos perfundatos esse labore  
præliandi aduersus hæc Lernæa monstra,  
quorum ex uno capite conuulso ingens dein  
de monstrorum caterua exoritur: cum ex Tri-  
denio nobis mitteretur in hanc urbē Romam  
præclara illa Sanctorum Pai: um de iustifica-  
tione tractatio, in quam extremum atq; uni-  
uersum halitum regni satanæ cumulate pro-  
fundere uoluisse afflatis patres arbitramur.  
Prīus enim quām Conciliū dissolueretur, quo  
se iam ea quæ uolebant efficere, consequitos  
putant, iudicarunt non male conuenire ad mu-  
niendam eorum tyrannidem, quam uidet una  
cum regnante Christo, tanquam domino &  
liberatore generis humani, non posse constare,  
funditus labefactare gloriam istius nostri sem-  
piterni Seruatoris, eiusq; unicā quam Paulus  
uocat ἐρλύτηρωσιν radicus extirpare, ut  
sua huic Satanicæ sedi cōstare posset impietas,  
atq; extrema abominatio.

Ac ut omnia ista sua consilia uerè diabolica  
aliquo ueluti fucō palliata uideantur, projiciunt  
ampullas & sesquipedalia uerba. Citant scri-  
pturas Agostolicas, quas horribiliter corrum-  
punt;

## ANNOTATIONES.

punt, ac discerpūt. Iactitant spiritū sanctum, cuius in nomine Synodum ipsam esse congregatam, ac eius diuino afflatu etiamnum gubernari, non sine manifesta Dei contumelia blasphemant: cum reuera omnes ab ipsis inferis reuocatas furias, oculos, aures, os, mētem, & reliquos istorum hominū sensus occupasse credas. Inculcant usq; ad naufragium terrificam illam ipsis usurpatam uocē, Anathema esto: qua fucum se facere posse imperitioribus, ac terrorē incutere infirmioribus arbitrantur: cum hodie nemo sit, per Dei gratiā, qui fucos istos non intelligat, atq; ipsi etiam pueri omnes istas inanēs comminationes, sicut uerē sunt, ita etiam credant esse quod ille ait, Fulmina molliculum nō decussura papauer. Esto igitur, quod in superiorē Decreto facere proposuimus, idē in hoc etiam nobis constitutum.

Primum itaq; ad illas in primo Decreto traditas definitiones lectorē reuocamus, ut uerē credat spiritum diaboli esse, à quo hæc abominanda portenta pronūciantur, excogitata primum Romæ in cerebro istius fraudulentī filiū cernij, quem tanquam uerum Belzebub principem dæmoniorum, qui leges suis inferiorib. diabolis præscribit, debemus iudicare: dein-

## ANNOTATIONES.

de per suos celeres equos ad patres Tridētinos  
transmissa, qui uelut cœstro percitæ Mænades,  
oracula sibi à patre suo tradita pari cum eo fu-  
rore fundunt ac pronunciant.

Deinde uero impietates et blasphemias, que  
in hoc sexto Decreto continentur, paucis ape-  
riemus: quæ ipsæ alioqui per se erunt lectori  
notissimæ, quoniā uerè monstrosæ sunt, & ni-  
mis impudentes, ac proinde minimum operis  
in eis refellendis ponemus.

Laudant illā (ut ipsi loquuntur) altissimam  
Pauli ad Romanos scriptam Epistolā, quam me-  
ritò etiam nos non laudibus modo humanis,  
sed diuina etiam uoce celebrandam existima-  
mus: sed eam scriptam ad eos esse, qui se hodie  
Romanos appellant, pleno ore pernegamus.  
Nam in ea epistola Romanorum qui tunc fue-  
runt laudatur fides, quæ in istis qui hodie sunt  
nulla est: quin etiam eam Christi fidem de qua  
Paulus in hac Epistola concionatur, radicitus  
esse auulsa ex animis omnium hominum op-  
tarent: idq; ut fiat summa ope ipsi initūtur, quod  
nunquam omnino consequentur. Illud autem  
(ut ipsorum uerbis utar) firmiter credunt, &  
simpliciter confitentur, nullam post mortem  
superesse animorum immortalitatem, aniles fa-  
bulas

## ANNO TATIONES.

bulas esse & puerorum terriculamenta, quæ  
de inferis, de æternis cruciatibus impiorum sa-  
cræ literæ prodiderunt: nisi quod eas tormento-  
rum uoces tanquam belle confictas fabulas  
ad tuendam suam tyrannidem, ad retinendos  
homines in officio et in obedientia sedis abomi-  
nandæ, sibi esse pernecessarias arbitrantur.

Nouiego in hac urbe Roma hominē nō uul-  
garem, qui cum alium quædam eruditum dispe-  
rentem luculēta oratione de religionis doctri-  
na audiret, ubi finem ille dicendi fecisset, sua-  
viter rideſ alter ille magnificus heros, Amice,  
inquit, tamdiu fuisti in Italia, & adhuc curas  
istas nugas? O uocem nō homine, sed cacodæ-  
mone dignam. Ab istis, si dijs placet, prodibūc  
religionis leges. isti blasphemī iura dabunt, isti  
mentem Dei interpretabuntur: ab istis sacra-  
rum literarū sensus, tanquam ab oraculo erit  
petendus: isti præscribent toti orbi terrarum  
religionis sententias: isti sunt, qui numine  
celestis spiritus afflati, errare non possunt.  
O' impietatem.

Aiunt ideo esse à Paulo propositum Chri-  
stum Iesum, ut humanam superbiam domaret:  
quod nos etiam uerum esse confitemur. Sed il-  
lud miramur, tantam esse istorum impiorum su-

## ANNOTATIONES.

perbiām, tamq; induratam maliciām, ut non solum spiritu diuini oris non fuerit consternata, sed etiā aduersus ipsum Christum Iesum, aduersus unicum illum liberatorem nostrum superbissime insultant, & flagitiose blasphemāt.

Constat cecidisse præstantes illos de cœlo spiritus propter peccatum superbiæ, haud dubiè quia se filio Dei pares efficere uoluerunt. At isti hostes Dei non solū pares, sed etiam superiores uideri uolunt, dum negāt sanguinem Christi sufficere ad integrām æternamq; hominis iustificationem: sed quod in merito Christi diminutum est, affirmant esse operibus humanis, tanquam re uidelicet preciosiore, præstandum. O blasphemiam longe ipso diaboli furore horribiliorē. Quod si ipsi suis operibus æternam uitam salutemq; se consequi posse opinantur, primò ipsa opera quæ perpetrāt quotidianē, eos intueri iubeo: deinde cum plena impie tatis & flagitorum omnia esse uidebunt, certò sibi persuadeant, nunquā se iustificationem coram Deo consequuturos, sed ad certam æternamq; condemnationem recto tramite in infernum ipsum ruituros.

Vide quæso lector, quantū peccat in primis uerbis hæc sancta Tridentina Synodus, in spiritu

## ANNOTATIONES.

ritu sancto congregata, quæ nō potest errare.  
Sed cum hæc uocabula audis, iterum te ad ge-  
nunam istarum uocum definitionem reuoco.  
Etrurus in animo tuo fige, tantum esse profligatissimos piratas, qui cupiūt omni fraude, su-  
perstitione, dolo, malicia, ferro & igne uasta-  
re Ecclesiam Dei, corrumpere cœlestem do-  
ctrinam, tantum ut suam istam illustrem pom-  
pam & magnificū splendorem stabiliāt, suisq;  
incestis libidinibus, nefandisq; uoluptatibus  
perfruantur.

Pergit rursus fraudulētis uerbis decipere,  
suāq; officia nimis officiose commendat, dum  
se uocat anxiam pro filijs matrem, omnium ho-  
minum iusticiam esurientem & sitientem. O'  
memorandam atq; ambitiosē prædicandā istius  
benignæ matris pietatem: cuius filij si non ab  
alio diligentius curarentur, aut fidelius custo-  
direntur quam ab ista sollicita matre scilicet, ce-  
leriter profecto interirent omnes, & tanquam  
à leonibus aut ursis laniati membratim discer-  
perentur. Sed habenda est gratia decretorib.  
Tridentinis, qui modum & formam suæ solici-  
tudinis uel imprudentes statuerunt, ut omnes  
sibi tanquam à præsentaneo ueneno, aut ceriē  
crudelissimo carnifice, cauerent ab ista sanguि

## ANNOTATIONES.

naria matre, quæ sanguinem innocentum cœpit profundere. Affirmat enim se ad tractationem iustificationis uelle descendere, eo spiritu fretam quo regitur ipsa. Cum autem constet in spiritu diaboli eam esse cōgregatam, spiritu diaboli agitari, in spiritu diaboli loqui blasphemias, spirare cœdes et minas, consequitur facile, in eodē spiritu diaboli eius qui pater est & auctor homicidiorum ab initio, eandem nūc quoq; sui patris naturam retinere, & totum orbem terrarum ferro atq; igni uastare concupisci: ut pari cum suo illo patre crudelitate uniusq; ista sollicita mater, Christiano sanguine respurgatur.

Quod uero dicunt, multas & noxias opiniones germinasse circa sacrosanctum desideratissimæ iustificationis mysterium, id plane factum est: sed rursus accurate considerandum, unde haec prauæ opinions tanquam ex fonte omnium impiatum promanarint. Id sane diligenter expendenti constabit facile, præcipuas haereseon fordes, quæ hodie grauitate exercent Ecclesiam Dei, ex isto sterquilinio Romanæ meretricis, ex ista cloaca diaboli, tanquam ex barathro quodam peruersarū opinio num profluxisse. Desinat ergo haec impudens  
Synodus

## ANNOTATIONES.

Synodus alios benemeritos laceſſere, ſe ipſam, ſuos aſſeffores, ſuum Antichriſtum Roma-  
num intueatur, ſe agnoscant eſſe illos uerē hæ-  
reticos homines, illa uera diaboli mēbra, quæ  
hodie ferro & igni peruafiant Eccleſiā Chri-  
ſti, & in perniſiem omnium electorum Dei im-  
pio fœdere malorum omnium flagitioſe con-  
iurauerunt.

Ad hæc eſt tanta iſtorum impiorū cæcitas,  
ut non uideant, tāta omnium rerum bonarum  
ignoratio, ut ſe pugnātia loqui non intelligāt:  
aut ſi intelligunt, malicioſe diſſimulent, atque  
impia īā indurataq; peruerſitate, & ſibi & om-  
nibus in re grauiſſima fucum facere delecten-  
tur. Pronunciant anathema eſſe, qui aliunde  
ſe conſequi poſſe iuſtificationem arbitratur,  
quām in merito ipſius Chriſti Ieſu, præter quē  
nemo aliud poſteſt ponere fundamen tum. Pau-  
lo uero poſt negant hoc ipſum meritum ſuffi-  
cere ad perfectam hominis iuſtificationē, ſed  
quod in ea diminutum eſt, præſtandum eſſe me-  
rito ſuorum operum. Hic mihi conſiderent i-  
ſiſacrilegi, primō utrum hæc tolerabilis bla-  
ſphemia uideatur in oculis Dei, atq; in auribus  
omnium piorum, negare meritum Chriſti ſuffi-  
cere ad explendam uel perfectiſſimam iuſtiſi-

## ANNOTATIONES.

cationem? Deinde blasphemiam & absurditatem expendant. Quomodo enim ipsi suis operib. quæ uerè horribilia diaboli facinora sunt, implebunt, quod ipsum meritum Christi præstare non potuit? Quis adeò demens est, qui non intelligat manifeste hanc esse abominationem inauditam, tantu ad minuendam Christii seruatoris gloriam, ad extinguendam omnem sanam doctrinā ab istis impijs hominibus excoxitatam? Si enim ex operibus iusticia, sicut Paulus diserte ratiocinatur, ergo Christus frustra mortuus est. In tota igitur iustificationis causa nihil ad cumulum meritorum adferre debet, neq; etiā possunt humanæ actiones: quia per solam Dei misericordiam, quam eleeti Dei fide apprehendunt, non ullis humanis operib. omnes creaturæ salutē consequuntur.

Si quis dixerit, iusticiam quæ in hac iustificatione donatur, esse solam illam iusticiā Christi, quæ in ligno crucis exsoluit quæ nō rapuit, implens pro nobis omnem iusticiam, ut diuinæ iusticiæ, quam tota natura in Adam læserat, satisfaceret, anathema sit.) Hic mihi diligenter expende Lector, ordinem quo in suis fraudibus stabiendiis progrediuntur isti scelerati impostores, ut paulatim se insinuent in animis hominum,

## ANNOTATIONES.

hominum, suoq; ueneno in exitium trahant m̄  
serabiliter dementatas animas. Principio enim  
toti in hoc esse uidebantur, ut miseriam gene-  
ris humani deplorarent: deinde contaminatam  
hominis naturam propter Adami peccatum in  
æterna condemnatione manere, nisi erigere-  
tur sanguine filij Dei, fatebātur. Tū hanc unā  
esse hostiam salutarem affirmabāt, qua una ef-  
ficax erat Christi meritum ad iustificationem  
omnium hominum: sicut Adami peccatum in  
uniuersum genus humanum perueraserat, suaq;  
transgressione fecerat omnes homines reos  
iræ diuinæ. Nunc uero ad manifestam im-  
pietatem relabuntur, et impiam prorsus doctrinam  
contra omnem ueram religionem, contra  
sua ipsorum paulo antè commemorata uerba,  
cōtra totam Pauli doctrinam, cōtra ipsam de-  
nig; salutem animarum flagitiosissimè propo-  
nunt. Quid enim horribilius in rebus huma-  
nis proponi potest, quam negare iusticiā Chri-  
sti, idoneam esse, ad cōferendum per se ipsam,  
& non per aliud salutem sempiternam?

Vnde hoc nouum inuentum sophisma?  
Promeruit quidem solus Christus Iesus sua  
magna illa iusticia, ut homo per ipsum iustus  
efficiatur, sed iusticia quæ in illo ipso sit, nō in

n      s      Christo?

## ANNO TATIONE S.

Christo? Quomodo ista inter se possunt cōſta  
re? Cui ergo promeruit Christus iusticiam, ni  
ſi uobis, sancti patres, quam certe nō habetis,  
et toti generi humano promeruit? Ipſe profe  
fecto ſibi nulla neq; humana neq; angelica iu  
ſticia indigebat, qui erat filius Dei, et ſedebat  
ad dexteram patris in gloria ſua æterna. Sed  
quia uniuersum genus humanū erat in condē  
natione peccati, ipſe filius Dei prodiens ex ar  
cano ſinu æterni patris, induit humanā natu  
rā, et ſuo ſanguine, ſua morte præſtare uoluit  
æterno patri, quod omnes creaturæ perſolue  
re debebat. Non dicetis, opinor, eū pro ſe paſ  
ſum, qui peccatū nunquā fecerat: ſed pro pec  
catis totius mundi, pro peccatis etiā ueſtris, fi  
tamē hanc ipsam ſatisfactionē à Christo faciā  
ueſtro nomine, poteritis fide apprehendere.

Quin ita ratiocinamini? Aut Christus hoc  
unico et æterno ſuo ſacrificio potuit placare  
iram patris, promereri remiſſionem peccato  
rum, donare uitam æternam omnibus, aut non  
potuit? Si negabitis posſe, blaſphemiam hor  
rendam dixiſtis. Conſequitur ergo, potuiffe.  
Rurſus utrum uoluit hæc ingentia dona ſibi  
promereri, an hominibus? Sibi profecto ipſe ni  
hil amplius, imōne tantum quidem parare pote  
rat,

## ANNOTATIONES.

rat, quam quod ipse in regno Dei patris, sua uī  
delicet æterna hæreditate possidebat. Reliquū  
estigitur, & potuisse & uoluisse filium Dei ge-  
neri humano cōciliare gratiam æterni patris,  
et gloriam sempiternam donare, quam alioqui  
nulla creatura poterat promerer. Quod si uni-  
uersa est in uno Christo obsignata iustitia &  
salus nostra, ab eoq; nō ab ulla operibus, non  
ab alia creatura petenda, qua fronte audetis af-  
firmare, hominem esse iustum propter iusti-  
tiam quæ in illo ipso sit, non in Christo? Quæ  
tandem quæso erit ista hominum iustitia? Vos  
ipso intuemini, uestra opera considerate: quæ  
ubi plena esse multis iniusticijs & transgressio-  
nibus conspiciatis, aut æternum plane de uobis  
de q; uestrorum operum iustificatione despe-  
randum: aut certè per solum filium Dei uobis à  
Deo patre petenda erunt iustificatio, redem-  
ptio, uita æterna, & quicquid deniq; ad salu-  
tem animarum pertinebit.

Si quisquam uero est, qui suorum operum di-  
gnitate fretus, uitam se æternam consequitu-  
rum sperat, is uniuersam legem Dei, hoc  
est utranque tabulam Decalogi, non modo  
penitus cognoscendam, sed etiam re ipsa  
in uniuersum præstandam sibi proponat.

Sciat

## ANNO TATI O N E S.

Sciat hanc esse legem spiritualē, quæ (ut Paulus loquitur) non externam tantum obediens, sed interiores quoque motus cordis ad præscriptum legis diuinæ attemperatissimos requirat. Sciat de hac lege scriptum esse: Si hæc feceris, uiues in eis: si non feceris, morte morieris. Item illud: Maledictus homo qui non permanserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis. Hanc ipse Christus legē paucis uerbis declarat, cum ait eam à nobis postulare, ut amemus Dominum Deum nostrum ex toto corde, ex tota anima, ex totis uiribus: & proximum sicut nos ipsos.

Itaq; si tuis operibus uis iustus pronunciari coram Deo, ita debes temperare uitæ tuæ cursum uniuersum, ut à prima illa hora in qua editus es in hæc lucem, usq; ad exirenum uitæ articulum nihil aliud facias, nihil aliud dicas, nihil aliud cogites, nihil aliud cōcupiscas, quam quod angusta illa norma præceptorum Dei tibi permittet, idq; totum iuxta uolūtatem Dei gratissimum, atq; ordinatisimum. Talem fuisse naturam integrā ante lapsum, stante adhuc in prima sua cōditione fatemur. Sed quem post lapsum primi parentis, præter unū Christum, extitisse, aut deinceps exoriturum esse,

## ANNOTATIONES.

esse, qui hanc integrā obedientiam aut præstiterit hactenus, aut deinceps præstiturum, disertē cū doctrina prophetica pernegamus. Quod si isti patres Tridentini, non alia ratione quam suis operibus iustificari uolunt, cum alioqui sint homines flagitosissimi, certum est illos in perpetua condemnatione sine fine permanuros.

Si quis dixerit, illam ipsam Dei gratiā quae in iustificatione datur, quae gratum faciens dicitur, quae scilicet uel est charitas, uel non sine charitate, qua una uerè iusti sunt quicunq; iusti sunt, nihil esse in nobis inferēs, uel informans, anathema sit.) Hic uides lector in paucis uerbis duplēm blasphemiam. Primum in re omnium maxime necessaria toti generi humano incertam doctrinam tradunt, ut animæ hominum perpetua dubitatione debilitatæ uiuant in desperatione sempiterna. Neque enim sancti ipsi patres quamlibet afflati spiritu diuino, affirmare possunt, Vtrū gratia ista, quam illi gratum facientem appellant, re uera sit charitas, aut aliud quippiam. O miserandam cœcitatem belluarum, quae cum spiritus sancti afflatu hæc oracula pronunciata uideri uolunt, tam ignarum rerum cœlestiū spiritum sanctum

### ANNOTATIONES.

sanctum loquentem introducant, ut quæ omni  
no sit causa efficiens istius gratiæ gratum faci-  
entis, non possit affirmare: deinde, ut maxime  
charitatè esse affirment, quam in sententiâ ul-  
detur magis inclinare, quæso, quæ hæc est ad  
uersus filium Dei blasphemia? quæ aduersus  
æterni numinis misericordiam contumelia?

Quomodo Deo constabit suæ gloriae, sicut  
debetur, integritas, si quod proprium est misé-  
ricordiæ diuinæ, in causa iustificationis, tu-  
bi impudenter atq; impiè tuis operibus, & tuæ  
malesanæ charitati attribuas? Indignum pro-  
fectò est cum istis belluis perfictæ frontis ser-  
monem habere, qui tam effrenata sunt impu-  
dentia, ut iam quid sit pudor, quid uerecundia,  
prorsus ignorent: & sibi pro laude ducant su-  
as insanias, suas impietates in uulnus spargere:  
et quo magis ipsi se propinat etiā stultis homi-  
nib. deridēdos, eo magis in sua impietate atq; im-  
pudētia indurati uolūt persistere. Quid enim  
de religiōe disputes cū ijs, qui omnē religionē  
pro ludibrio habent, eamq; prætextu religio-  
nis uolūt funditus extinguere et labefactare?

Si quis dixerit, quod sola fides omnino sine  
alijs operibus iustificat impium, hoc est impe-  
trat illis iustificationem, in quo sensu ab hære-  
ticis

## ANNOTATIONES.

ticis hac ætate profertur, quasi nihil aliud ad hoc ex parte hominis requiratur quam credere, anathema sit.) Iam produnt suam manifestam impietatem isti filii diaboli, Tridentini patres. Cum enim nostri temporis hæreticos nominat, eos haud dubie intelligunt, quos aliqui Protestates, aut Lutheranos appellant. Nec aliam ob causam apud eos in odio sunt, quam quod istorum patrum flagitia ferre non possunt, & labefactatam ab ipsis blasphemis cœlestem doctrinam, Ecclesiæ Dei iam inde ab initio generis humani traditam, ad suū pristinum nitorem, ad illam uerè propheticam & apostolicam normam conantur reuocare. Respondeat ergo nunc mihi uerè hæretici patres, atq; omniū hæreseon seminatores, quafronte, quo pudore audet eos uocare hæreticos, qui nunquam ab ullo honesto uiro sunt cōdemnati, neq; ulla iusta ratione cōuicti hæreseos esse potuerunt. Quin etiam qui aliqua uirtute praediti sunt, eos præclarè meritos de Ecclesia Dei fateri coguntur.

Deinde, si tales iudicant, si talia secum præiudicia domo adferunt ad Concilia, quamobrè homines perfidæ frötis audet eos ad conciliū uocare? An ut audiāt suā condemnationē?

Atqui

## ANNO TATIONES.

Atqui eandem possunt audire domi, sine labore ac periculo, ne ab imposturis sanctorum patrum, qui sanguinem humanum, circu- ueniantur. Ac ego quidem, & unā mecum omnes qui iudicium Dei grauiter, sicut debet, pertimescunt, perbeatos sanè putamus istos Protestantes, qui ab istiusmodi manifestis blasphemis condemnētur, quorum iudicio nemo bonus probari poterit, nisi qui iisdem cum ipsis scelerib. fuerit inquinatus, iisdemq; incestis libidinibus contaminatus. Nam uero cum negat hominem sola fide iustificari posse, et magnam Deo, filio Dei, toti sacræ scripturæ, doctrinæ Paulinæ iniuriam faciunt, & suā manifestam impietatem, suam blasphemiam, suam impuden- tiā, suam insaniam stolidissimè prodūt. Cum fidem dico, fiduciam misericordiæ Dei erga genus humanum propter Christum mediatorem intelligo, iuxta Pauli & Apostolorum doctrinam: non illam quam isti suis in Decretis usur- pant, historicā notitiā, quæ in diabolos quoq; ipsos cadere poscit, ut Iacobus ait, Et dæmo- nes credūt, & contremiscunt. Neq; enim ego dubito hanc ipsam notitiā historicam esse in patribus ipsis Tridentinis, ut in ueris diabolis, qui credunt sanè Deum esse (si tamen hoc cre- dunt)

## ANNO TATIONES.

dunt esse in patrib. ipfis Tridentinis. ut in ue-  
ris diabolis, qui credunt sanē Deum esse, uindi-  
cem acerrimum peccatorum esse, puniturū ma-  
los æternis cruciatibus: & quia se tales esse ui-  
det patres Tridētini, horrent conspectū Dei,  
iudiciū pertimescunt, ut eos manifeste uideas  
iam nunc uiuere in æterna condemnatione.

In tota uero hac disputatione de iusticia fidei,  
qui Christiani sunt, & gustum aliquē doctrinæ  
cœlestis hauserunt, non historicam noti-  
ciā, nec fidem diaboli, aut Concilij Tridenti-  
ni, quæ eadem est, intelligunt, sed eam de qua  
Paulus apostolus summa cōtentione disputat,  
cum ait: Ex operibus legis non iustificabitur o-  
mnis caro coram Deo. Nunc autem sine lege  
reuelata est iusticia Dei, scriptis propheticis et  
apostolicis consignata. Iusticia uero Dei ea  
est, quæ apparuit de cœlo, et donatur credenti-  
bus per fidem Iesu Christi, in omnes & supra  
omnes creaturas generis humani peruagata,  
quæ eam sibi per hanc uiuidam fidem accom-  
modatam apprehendent. Nullum est discri-  
men, nullus operum humanorum prætextus,  
nulla iusticia legis, quæ in iudicio Dei possit  
subsistere. Omnes enim peccauerūt, et destitu-  
ti sunt gloria Dei: iustificati uero G R A T I S,  
o sua ipsiu

ANNOTATIONES.

sua ipsius gratia & misericordia per redem-  
ptionem quæ est in Christo Iesu Dominono-  
stro, quæ proposuit nobis æternus pater in  
sanguinop per fidem in sanguine suo, ut per hunc  
placatorem ostenderetur omnibus repositam  
esse apud Deum ueram illam per misericordiam  
am Dei donata omnibus iustitia, qui credueri  
sunt in nomen ipsius, & corona gloriae aeuo  
sempiterno fruituri. Deniq; ut Paulino quoq;  
uerbo finiam, statuimus hominem iustificari  
per fidem sine operibus legis. Seiungit Paulus  
à iustificatione uniuersa legis diuinæ opera: et  
isti blasphemii ex Decretis abominandi pirate  
Romani & suæ impiæ Synodi, homines co-  
ram Deo iustificari posse contendunt.

Quod si urget eos particula Sola, eamq; in  
Paulina disputatione inueniri posse negabūt,  
equidem non agā cōtentiosè: sed ab illis peto,  
quid refert utrum hæc tria elementa, Sola, ex  
pressa sint, an altera eiusdem planè ponderis  
particula, Gratis? Adhæc, qui omnia opera le-  
gis diuinæ, qui omnia opera hominum & an-  
gelorum, qui omnia deniq; cœlestia & terre-  
stria auferunt à iustificatione, præter solā fidem,  
& quidē eam quam Apostoli uocat iustifican-  
tem & purificantem cor, non ne perspicue cō-  
sequitur,

## ANNOTATIONES.

sequitur, solam esse fidem quæ iustificat hominem, quod euincere contendit Paulus grauissima disputatione? Sed quid ego cum belluis disputo, quasi ista non sint multis iam libris per Dei gratiæ declaratissima, & lippis atq; tonsoribus ubiq; gentium notissima? Evidem arbitror male locatum tempus, quod in hac tota re pulsione criminum & impietatum istorum sceleratorum posuimus, quia multo in meliori studio collocari poterat utilius. Si enim uel istos asinos docere, uel eos ad uiam ueritatis coneris reuocare, qui ultro ipsi uolunt suis in sorribus perire, nihil sane plus agas, quam si des operam ut cum ratiōne insanas. Proinde statui nunc tandem finem facere, neq; ad reliquias impietates quæ in toto Decreto permulte continentur, uerbum amplius respondere: cum quod eas indignas iudico, in quibus refellendis plus operæ ponatur: tum uero, quod multorum libris ad omnes istas abominationes copiose responsum est: & lectorem, qui plura & ornatiōra uidere uoleat, ad eos libros qui hac ætate à uiris eruditis conscripsi sunt, in præsentia regalabo.

F I N I S.

o 2 N O M I

NOMINA ET COGNOMINA  
Prælatorum, publicorum Oratorum atq; Do-  
ctorum, qui Tridenti ad Concilium  
conuenerunt.

Ioannes Thomas de sancto Felice, Neapolitanus, episcopus Cauensis, Nuncius.

Cornelius Muscus Placentinus, episcopus Birontinus, ordinis nō reformatorū sancti Frāisci.

Thomas Casellus Cosentinus, episcopus Camerini, ordinis Prædicatorum.

Iacobus Iacobellus Romanus, Bellicastri episcopus.

Ioannes Baptista Campeggius, Maioricæ insulæ episcopus.

Ludouicus Becaletus, Concilij Secretarius.

Benedictus Nobilis Luccensis, episcopus Acciæ in Corsica.

Cathelanus Triuulcius Mediola-  
nensis,

nensis, episcopus Placentinus.  
Ludouicus Simoneta Mediola-  
nensis, Pisauri episcopus.  
Iacobus Nadantes Florentinus,  
Clodij episcopus.  
Ricardus Pates Anglus, Vigor-  
niensis episcopus.  
Hieronymus Theodolus Floren-  
tinus, episcopus Gaditanus.  
Petrus Franciscus Ferrerus, epi-  
scopus Vercellensis.  
Iacobus Caucus Venetus, Corcy-  
rensis archiepiscopus.  
Robertus Vuacopus Scotus, ce-  
cubus, episcopus Armacanensis.  
Braccius Martellus Florentinus,  
Fesulanus episcopus.  
Iacobus Mandoza Hispanus, Ce-  
sareæ Maiestatis Orator.  
Franciscus Bandinus, Senensis  
archiepiscopus.  
Hieronymus Vidas Cremonen-  
sis,

sis, Albanus episcopus.

Episcopus Suffraganeus Cardi-  
nalis Moguntini.

Olaus Macer Gottus, archiepi-  
scopus Vplacentinus.

Petrus Betanus Mutinensis, Fani  
episcopus, ordinis Benedictini.

Hercules Seuerellus Florētinus,  
Curiæ procurator.

Philibertus Ferrerus episcop. etc.

Henricus Lofredus Neopolita-  
nus, episcopus Capacianus.

Ioannes Salazarus Hispanus, epi-  
scopus Lontrinus.

Ioannes Fonsecus Hispanus, epi-  
scopus Castri ad mare.

Coriolanus Matriolanus Neo-  
politanus, Sancti Marci epi-  
scopus.

Relassus doctor Hispanus.

Generalis seruorum.

Bonauentura Constanzzanus ge-  
neralis

neralis non reformatorum,  
Generalis Carmelitarum.  
Generalis Augustinianorum.  
Franciscus Castilioneus, Sancti  
Dominici episcopus.  
Dauras Quintana, doctor Hi-  
spanus.  
Præterea sunt tres Cardinales:  
Cardinalis de Monte.  
Cardinalis Anglus.  
Cardinalis sanctæ Crucis.

CAVS AE, Q VARE ET AMPLE-  
xæ sint, & retinendam ducant doctrinam, quam  
profitentur Ecclesiæ, que confessionem Augustæ  
exhibitam Imperatori sequuntur: et quare inquis  
iudicibus, collectis in Synodo Tridentina, ut uo-  
cant, non sit adsentiendum: per Philippum  
Melanchthonem.

**E**T si ex magnitudine periculorū nostrorum,  
sumptuum & laborum, satis intelligi potest,  
nos nec curiositate, nec prava aliqua cupiditate,  
nec cæca pertinacia, genus doctrinæ, Dei benefi-  
cio instauratum in Ecclesijs nostris, in quo iam cō-  
senescimus, retinere & propagare: tamen de con-  
filio & uoluntate nostra hic rursus quædam dicen-  
da sunt, non modo ut honestis hominibus huius e-  
tatis nos purgemus, sed etiam ut uniuersam posteri  
tatem Christianam præmoneamus, ne ex crimina-  
tionibus & condemnationibus aduersariorum de-  
nobis iudicet, sed et caussæ fontes, & nostras uo-  
luntates uerè consideret.

Reddent enim Deo omnes homines ubiq; terra-  
rum rationem sui iudicij de nobis, quia nō agimus  
priuatā aliquam caussam, sed Euangelij doctrinam  
de uera invocatione, de uera agnitione Domini no-  
stri Iesu Christi, & de omnibus partibus uitæ Chri-  
stianæ necessarijs profitemur, quam Deus exaudi-  
ri uult à toto genere humano, ut colligatur æterna  
Ecclesia ex omnibus gentibus.

Q Vare

Quare iterum & uerē affirmamus exaudiente  
uniuersa Ecclesia in cœlo & in terris, & testem  
uoluntatis nostræ facimus Deum, nos præcipue mo  
ueri seuerissimis & immutabilibus Dei præceptis,  
ut hanc ipsam doctrinam Euangelij puram, quam  
Ecclesiæ nostræ sonant, amplectamur, nec ab ijs cien  
dā esse censemus, quæ iubet recte inuocare Deum  
iuxta Euangelium, & uerant idola coli, & religio  
ni Christianæ Ethnicos furores misceri. Sic enim  
inquit primum mandatum, Non habebis deos alie  
nos. & secundum: Non assumes nomen Dei tui ua  
ne. Et pater æternus inquit de filio, Hunc audite.  
Et Paulus ait: Si quis aliud Euangelium docet, ana  
thema sit. Item, Fugite idola.

Hæc fulmina cœlestia & coegerunt nos assenti  
ri prolatæ ueræ doctrinæ, & adhuc cogunt nos ne  
cam ab ijs ciamus. Non opes, non uoluptates, non  
imperia, deniq; nullæ res humanæ mouent animos  
nostros, ut cum summis periculis & laboribus tot  
iam annos ab alijs dissentiamus, quorū beneuolen  
tiam & coniunctionem omni officio in alijs rebus  
tueri cupimus. Sed doctrinam cœlestem anteferre  
nos necesse est, ut præcipitur, Oportet Deo magis  
obedire quam hominibus. Nec ignoramus, ab homi  
nibus profanis hanc piam uoluntatem nostram ter  
ribili oratione uituperari.

Primum, multi sunt athei, qui cum omnes reli  
giones pariter commenticias & fabulosas esse ar  
bitruncur, inflectendam esse Ecclesiæ doctrinam

ad tempora, & ad potentum sensus atq; opiniones dicunt: ac fremunt in anibus uerbis, ut ipsi dicunt, multarum gentium tranquillitatem et imperia turbari, uoluntq; omnibus religionibus concordiam anteferri.

Quanquam autem ualde dolemus tantis contumelijs Deum & filium ciui Dominum nostrum Iesum Christum & Ecclesiam Dei affici, ut religio dicatur fabulosa esse, & postponenda ocio & tranquillitati imperiorum: tamen nunc breuiter respondemus, nos abhorrere ab illis opinionibus Epicureis, easq; execrari. Delectentur illa sapientia Ora tores aduersariorum, qui eam ex rancidis Epicureorum libellis excerptam pa&sim nuc edunt, & hoc uelut Sirenum cantu multorum aures deliniunt, & mentes eorum a Deo auertunt.

Nos affirmamus doctrinam de Deo commendatam Ecclesiae illustribus testimonij, in quibus se Deus patefecit humano generi, ueram & salutarem esse. & Paulus inquit, Potentiam Dei esse ad salutem omnicredenti. Ac Deo gratias agimus, quod immensa misericordia ex arcana sede sua prodiens se patefecit generi humano, et filium misit, ut pro nobis uictima fieret. Et sentimus pr&incipue hoc officium ab omnibus hominibus flagitari, ut haec beneficia Dei agnoscant & celebrent. ut Ioan. 14. dicitur: Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, et pater meus diligit eum, & ad eum ueniemus, & mansionem apud eum faciemus: Qui non diligit

me,

Me, sermones meos non seruat. Sit igitur prima curia tuendae puritatis Euangelij, nec sumant sibi u. i homines aut angeli tantam audaciam, ut æterna decreta Dei corrumpant, aut mutent: sicut initio fecit diabolus, Heu am à decreto diuino abducens, & poscia omnibus seculis fecerunt idolorum & impiorum dogmatum architecti.

Nec sumus adeò rudes uitæ communis, cum quidem & nos difficultibus tempestatibus, Deo iuvante, regamus nostras politias, ut non intelligamus quantum bonum sit ordo politicus, & concordia in singulis regnis: et quanta uirtus sit cauere, ne temere, ne errore, ne causis non ualde necessarijs eius ordinis harmonia turbetur.

Ament omnes & uenerentur imperia, sed propter Deum, qui se in imperijs recte coli iussit: non amemus imperia extruso Deo autore, nec putemus hanc hominum societatem tantum ideo coiisse, ut collatis operis querant uoluptates, & earum instrumenta, quales fuerunt ciuitates Sodoma, Sybaris, Thebæ, & similes: sed sint imperia tempora Dei, & ad hoc officium præcipue conditos esse homines agnoscamus, ut Dei noticia in eis luceat, & congregatos esse diuinitus, & societatem mirandis uinculis generationis, educationis, officiorum, contrarium, gubernationis, defensionis copulatam esse, ut ueram Dei noticiam docendo & confitendo, alijs alijs tradamus. Sit igitur hoc præ-

primum officium in uita, longè anteferendum ocio et  
tranquillitati imperiorū, ueram de Deo doctrinam  
discere et tueri.

Secundo, alijs nos uituperant callidiores, qui  
cum dissimulent se esse atheos, studium religionis  
præ se ferunt, et arrogant sibi titulum ecclesiae Dei:  
In hac aiunt semper manere ueram doctrinam, ne-  
cessariam ad salutem. Quare cum nulla nunc sint  
idola, nulli errores pugnates cum articulis fidei in  
illo cœtu, qui iam aliquot seculis regit Ecclesiam,  
uociferatur, aut falso quædam in doctrina usitata  
et usitatis ritibus reprehendi, aut seditione res par-  
uas exagitari, quas condonari communi tranquil-  
litati melius esset.

Cum autem saepè alias refutata sit hæc iactantia  
aduersariorum, qui magnos et ueteres Ecclesie  
morbos occultant: nunc tantum orabimus omnes  
honestos homines, non fascinatos stulta supersticio-  
ne, ut circumspiciant toto orbe terrarum collegia  
sacerdotum plena inscitiae et spurcitiae, et uideat  
in templis populum ad diuersas statuas prostratum,  
ab alijs alia dona petere: et non modo singularum  
gentium, sed penè singulorum oppidorum alia  
numina esse, quorū invocatione mētes à uera Dei  
invocatione abduci tam manifestum est, quam ma-  
nifestum est in bruma nobis diem breuiorem esse  
quam in aestiuo solsticio.

Deinde considerent et prophanationem cœ-  
næ Domini, quæ partim in theatricū spectaculum  
conuersa

conuersa est, partim in questum collata, & multis modis contaminatur.

Hæc cum considerant prudentes, nihil ne mali putant esse, tetræ libidinum confusiones: statuarū invocationes: & uarias cœnæ Dominicæ prophanationes? Quæ cum ante hæc tempora pijs eruditio & prudentia antecellentes semper deplo-rarint, nunc homines astuti defendere prestigijs uerborum conantur. At res loquitur ipsa, hæc exempla Ethnicorum similia in Ecclesiam, diaboli artificijs inuicta esse, & paulatim confirmata.

At nō errat, inquiūt, Ecclesia. Quæ est ista impudentia? Cum in conspectu sint tam tetra mala, nolle tamen fateri errata?

Non dubium est, & fuisse semper, & esse homines pios in Ecclesia, qui plerosq; errores & depolarunt, & reprehenderunt, alij magis, alij minus perspicue. Ita manet in Ecclesia ueritas. Interim tandem, ut prædictum est, dominati sunt in Ecclesia Pontifices profani, qui imperia & tyrannides pluris fecerunt quam doctrinam, & indoctri sacerdotes & auari monachi multos errores sparserunt. Et cæca multitudo facile capitur plausibili doctrina, quæ stultis adfæcilibus blanditur.

Horum iudicia & exempla non tribuantur Ecclesiæ Dei. Nā ex prædictis uox diuina, non solum multos extra Ecclesiam Dei Euangelium oppugnatores esse, quales sunt Ethnici, Mahometistæ: sed etiam in hoc ipso cœtu, qui titulum habet Ecclesiæ Dei,

Dei, magnam fore multitudinem fascinatam prae-  
uis opinionibus, & à uera inuocatione aber-  
rantem.

Ac Petrus nos ad exemplum Israelitarum de-  
ducit: Fuerunt & pseudoprophetæ in populo,  
sic inter uos erunt. Quanta multitudo ferè om-  
nibus temporibus in Israel idola coluit: Et sacer-  
dotes ipsi, qui (ut nunc loquuntur homines) or-  
dinariam gubernationem tenebant, uera sacri-  
ficia deprauabant, & pro iusticia fidei exter-  
nam hypocrisim ceremoniarum docebant, quam  
cum Prophetæ taxarent, scutitia, ut nunc quoq;  
fit, exarsit.

Et post Machabæos, cum sectæ duæ summam  
potentiam teneret, Pharisæi & Saducæi, sacerdotie  
cesserat, non solum paucos in uulgo, sed magnam  
turbam sacerdotum, interpretum legis, iudicium,  
tetrarum erroribus inquinatam fuisse.

Hæc cum acciderint in illa parua politia, que  
neruos disciplinæ plures habuit, quam Ecclesia di-  
spersa nunc in barbaricis imperijs, cogitemus &  
hanc postremam mundi senectam multis morbis  
& delirijs obnoxiam esse, & Prophetæ querelam  
ad hæc secula quoq; pertinere, qui ait: Nisi Domi-  
nus reliquisset nobis semē, sicut Sodoma facti eſſe.  
Imo quid tam simile est, quam Saducæorum  
agmini, Epicurei Pontifices & Cardinales: & Pha-  
risæis, sacrificuli & monachi, qui suos ritus in qua-  
stu habent: nisi quod aliquanto plus pudoris in il-  
la politia

la politia Iudaica fuisse consentaneum est, quam  
nunc est in collegijs Pontificijs, et monasterijs. E-  
rant enim mariti, et domesticam disciplinam ut  
cunq; tuebantur, et munus erant ociosi.

At paruos nemos, inquiunt nonnulli, et aliquas  
anicularum ineptias reprehenditis, quas nisi essentis  
nimis morosi, et uestris uoigot, dissimularetis pro-  
pter communem concordiam. Plus enim nocet orbi  
Christiano tam atrox dissidium, quam illæ leues in  
eptiæ, que taxantur. Nec fuit unquam ulla ætas,  
nec erit in hac hominum infirmitate, sine multis  
morbis, et hallucinationibus.

Hac oratione homines, qui perhiberi uolunt po-  
litici, extenuant errata: quod cō fit, quia leuiter cu-  
rare gloriam Dei, et suæ utilitati aut tranquillita-  
tē malunt consulere. Quare uerborum præstigijs  
aut tegunt, aut excusant multa horrenda mala.  
Non enim de paruis tantum rebus, aut paucis dis-  
sensio est: nec tantum anicularum superstitiones  
taxamus.

Extant scripta doctorum uetera et recentia,  
que defendunt hæc portenta. Negant in scriptura  
Prophetica et Apostolica hanc fidem, qua accipi-  
enda est remissio peccatorum, contineri, cum Pe-  
trus hunc esse uniuersæ Ecclesiæ consensum affir-  
met, inquiens, Huic omnes Prophetæ testimonium  
perhibent, remissionem peccatorum accipere per  
nomen eius, omnes qui credunt in eum.

Nec obscurum est, quam tetram sententiam  
propugnant

propugnant aduersarij, cum iubent uniuscuiusque  
mentem in perpetua dubitatione manere, an habe-  
at remissionem peccatorum. Postea fingunt dari re-  
missionem propter cuiusq; merita, imò etiam pro-  
pter uota monastica, propter uenales missas, qua-  
scribunt etiam ex opere operato mereri remissio-  
nem facienti & alijs. Deinde cœnam Domini &  
ad mortuos peruerse transferunt.

Doctrina de uera poenitentia, caligine opinio-  
num, de enumeratione, & de satisfactione, prorsus  
obscurata fuit.

Quales ferè toto orbe terrarum in templis ido-  
lomanie conspiciuntur, ubi ad certas statuas sunt  
concursus, & hominibus tribuitur honos propriæ  
debitus Deo æterno patri, & filio eius Domino  
nostro Iesu Christo, & Spiritui sancto, scilicet  
Inuocatio.

Quæ eloquentia seu hominum, seu angelorum,  
satis deplorare potest animarum exitia, que pere-  
unt propter legem, quæ coniugia prohibet? Ac mul-  
ta concurrūt mala in immundo cœlibatu. Primum,  
uerè Deus irascitur uagis libidinibus. Deinde men-  
tes pollutæ non possunt inuocare Deum: ruunt igit  
tur ex alijs sceleribus in alia, tanquam uasa ire.

Ad hæc mala accedunt inscitia & neglectio mi-  
nisterij Euangelici tanta, ut pañim aut nullæ con-  
ciones, aut futilis audiantur, & disciplinæ prorsus  
nulla sit cura.

Non igitur pauci tantum in uulgo peccant, nec  
leues

leues tantum ineptiæ à nostris taxantur. Magni er-  
rores, contumeliosi aduersus filium Dei, & perni-  
ciosi mentibus, & atrocia sceleræ defenduntur ma-  
gna autoritate ab aduersarijs, quise iactitant ordi-  
nariam potestatem in ecclesia tenere. Et additur  
sæuitia ad stabiliendos errores, & confirmando  
multa uitia, qualem antea nunquam exercuerunt  
gubernatores, qui non fuerunt Ethnici.

Cum igitur in conspectu sint tanta mala Eccle-  
sie, errores, idola, libidines, neglegcio ministerij  
euangelici, sæuitia, non solum agnoscenda sunt, sed  
omnes homines ubiq; terrarū expauescere eorum  
conspectu, & cogitatione iræ Dei debebant. Non  
enim de nihilo dictum est, sonante Dei uoce certif-  
simis testimonijis in móte Sinai, inter fragores hor-  
rendos, & fulmina æternas pœnas denunciantia  
idolorum cultoribus: Non habebis Deos alienos  
coram me. Ego sum Dominus Deus tuus, uisitans  
iniquitatem patrum in filios, etc.

Hanc uocem cum ederet Deus, tremuerunt lon-  
ga montium iuga, saxa, scopuli: & ueram esse, pœ-  
næ mundi quotidiane ostendunt. Si qui igitur hanc  
concionem rident, & præsentibus uoluptatibus  
fruendum censem, & inanem curiositatem ducunt,  
anxiè inquirere ueram de Deo & de uera inuoca-  
tione doctrinam, illis ipsis scopulis & saxis rupis  
Sinai duriores sunt.

Sed non dubium est tristissimas pœnas contem-  
ppte uocis

præ uocis diuinæ, uagari omnibus temporibus per  
totū genus humanū, & sequuturas esse post hanc  
uitam, cum filius Dei se iterum mundo ostendet, ut  
suam Ecclesiam ornet æterna gloria, & hostes hor-  
ribili & non desituro incendio puniat.

De hoc ipso iudicio interea commonefieri nos  
statuamus, cum incendia orbis terrarum, ruinas re-  
gnorum, confusiones religionum, domesticas cala-  
mitates infinitas, magno dolore spectamus.

Sed aliqui, non omnino ferrei, fatentur aliquos  
Ecclesiæ morbos, & ut ipsi molli uocabulo nomi-  
nant, abusus esse. Nobis tamen iuste irasci ordina-  
riam potestatem, id est summos orbis terrarū prim-  
cipes inquiunt, quia sine ipsorum iudicio &  
autoritate quasdam opiniones, aliquot seculo-  
rum consensu confirmatas, & quosdam ritus abo-  
leuerimus.

Negant priuatis & paucis concedendum esse,  
ut sibi iudicium sumant de re cōmuni, de statu Ec-  
clesiæ. Et uidetur sequutura infinita dissipatio, si  
cuilibet in uulgo sententias & ritus suo arbitrio  
mutare licebit. Quid enim manifestius est, quam  
in populo maximam esse multitudinem inimicam  
religioni & legibus, cupidam infinitæ licentiae, in-  
uidentē alienæ potentiae, seditionem, inconstantem,  
rapacē, deniq; audacia & furore præcipit? Hanc  
amare hac persuasione, ut putet sibi licere dogma-  
ta & leges mutare aut delere sine superiorum iudi-  
cio.

tio, summa amentia, et atrocissimum scelus uidetur.  
Nec uetera tantum exempla commemorant, sed  
etiam recentia. Ut cum Vlyssis socij uentos ex u-  
tre, in quem inclusos Aeolus Vlyssi dederat, emise-  
runt, passim in diuersas aeris regiones erumpentes  
contrarijs flatibus mare agitarunt, ut ingetes pro-  
cellae nauim undiq; quassarent: Ita nunc postquam  
semel propositum est exemplum ab ordinaria po-  
testate discedendi, multis locis homines fanatici,  
palam furiosi, tragicos tumultus in Ecclesijs exci-  
tarunt. Hos igitur iudicant neruos atq; artus esse  
sapientiae in uiris politicis, acerrime propugnare  
ordinariam autoritatem, receptos mores, & com-  
munem consensum.

Hanc terribilem orationem, tanquam caput Gor-  
gonis, omnibus etatibus ecclesiae obuertunt poten-  
tes, quæ ad inflammmandam regum iracundiam ual-  
de accommodata est.

Nec uero nihil mouemur nos hac atroci oratio-  
ne. Nam & nos pacem, concordiam principum,  
& imperiorum tranquillitatem optamus. Nec ab  
ordinaria potestate sine perspicuo mandato diui-  
no dissentendum esse censemus. Nec laxamus fre-  
nos multitudini: sed hoc sentimus & probamu-  
mus, quod Apostoli consentientes dicunt, Oportet Deo  
magis obedire quam hominibus. Semper ita omnes  
sancti iudicarunt, diuinam autoritatem humanae an-  
tiferendam esse.

Sed præcedat, inquit, cognitio. Utinam quidem esset ea gubernatorum ecclesie pietas, ut gloriam Dei, & salutem animarum anterent suis cupiditatibus, & doctrinam emendarent ipsi, & disciplinam pie regerent. Sed Deus ecclesiam suam ita gubernat, ut tradiderit nobis Euangeliū, quod est æternum & immutabile decretum diuinæ ueritatis, certò comprehensum in scriptis Prophetis & Apostolicis.

Ab hac regula uetus discedere, etiamsi superiores, aut plurimi, eā negligent & abijcent. Et quia ipse immensa misericordia colligit, & subinde instaurat Ecclesiam, excitat doctores, & lucem doctrinæ restituit, qua agnita, neminem uult expectare humanas cognitiones, aut hominum iudicia.

Clamat æternus pater de filio: Hic est filius meus dilectus, Hunc audite. Si uere statuimus esse Deum conditorem & iudicem, ac patesfactum esse, & uero amore nostri misisse filium ut æternam Ecclesiam colligat: huic eius mandato etiam parendum esse statuamus, ut filium salutis nostræ causa missum, & illustribus testimonij, resuscitatione mortuorum, & alijs miraculis commendatum toti generi humano, audiamus, eiq; summa reverentia obediamus.

Hoc æternum & immutabile mandatum, Huc audite, anterendum est non solum uniuersæ humanae autoritati, sed etiam alijs rebus omnib. quas homines

homines suo ordine rectè expetunt, uite nostræ, fa-  
cilitatibus, imperiorum tranquillitati, paci.

Non feri, non dsgoy; homines erant Apostoli;  
sed patriam, ut ciues in optimis familijs nati, maxi-  
mè amabant: uenerabantur templū, in quo se Deus  
toties patescerat, totumq; ordinem politiæ ludai-  
cæ, qua sciebant in toto genere humano nullā esse  
pulchriorem politiam, magis quam uitam suam di-  
ligeabant. Deniq; norant utrumq; à Deo præcipi, ut  
res obscuræ ad collegiū sacerdotum, quod ministe-  
rio ad templum fungebatur, referrentur, & iudica-  
tum fieret, ut Deu. 17. scriptum est. Hi tamen nec  
referunt de euangelio ad id consilium, nec obtem-  
perant prohibentibus spargi nouum doctrinæ ge-  
nus: quia iam antea audierant uocem æterni patris  
de filio, Hunc audite. Imò norant, in omnium pro-  
phetarum concionibus præcipi de audiēdo Messia,  
etiam si Pontifices, Reges, & Principes ei aduersa-  
turi essent: ut in Psal. dicitur, Oculamini filium:  
Item, Tu es sacerdos in æternum.

Nec tantum illa uox cœlestis æterni patris, aut  
illa dicta in Prophetis, ad Apostolos, aut Apostolo-  
rum tempora pertinebant, sed ad omnes homines  
omnibus etatibus pertinent. Audita uoce filij Dei  
in euangelio, necesse est omnes obedire. Et qui non  
audierit, inquit Deus, ego ultor ero.

Sed reclamant aduersarij: Multa sunt obscura,  
Quorum declaratio prius ab ordinaria potestate pe-

tatur. Scimus hæc plausibiliter dici ab aduersariis: qui si hoc serio dicunt Euangelium esse ambiguam & incertam doctrinam, quid aliud esse cogitant, quam Sphingos ænigmata: ut nuper quidam ex aduersariis nostrarum Ecclesiarum scripsit, nullum esse uerbum in scriptis Propheticis & Apostolicis, quod non uarie intelligi posset.

Profectò horrenda contumelia Deum afficiunt, qui sic de ipsius sermone iudicant. Etiam sicuti in parte aliqua non statim se rudibus offert sententia, tamen summa doctrinæ perspicua est. Nulla in Decalogo est ambiguitas: Vult enim extare & exhibiri Deus suam sententiam ab uniuerso genere humano, sine ulla ambiguitate, aduersus peccatum. Deinde toti generi humano notam uult esse hanc consolationem, prolatam ex arcano sinu: Remitti nobis peccata, & fieri nos hæredes uitæ eternæ propter filium, non propter nostras uirtutes. Et hoc ingens beneficium fide accipiendo esse, statuendumq; singulis in poenitentia uerè se recipi propter filium Dei.

Ac oportere in nobis, postquam recepti sumus, lucere hanc fidem, & existere iusticiam bone conscientiæ.

Hæc doctrinæ capita, nec obscure, nec ambiguè tradita sunt. Et si quid est in ullo articulo obscuritatis, addidit Deus scriptis perpetuam uocem ministerij Euangelici, qua imperiti erudiuntur de uera interpretatio

interpretatione. Id ministerium docendi Euangelij  
et fuisse, et esse in nostris ecclesijs negari non po-  
test. Et sunt et fuerunt studia doctrinæ Euangeliæ  
apud nos, ut filius Dei præcipit: Si quis diligit me,  
sermonem meum seruabit.

Quare non temere sententias inexplicatas aut  
sparsas nostri doctores, aut nos recepimus. Sed  
et doctores et nos, propter gloriam Dei et salu-  
tem nostram, considerauimus fontes doctrinæ, con-  
tulimus ecclesiæ testimonia, quæ siuimus antiquita-  
tis sincerae tempora, ne nouas aut ambiguas senten-  
tias amplecteremur.

Atq; ita seruat Deus semper in Ecclesia uerita-  
tem, no in illo cœtu qui prophetica et apostolica  
scripta negligit, et præsentes religiones propter  
tranquillitatem boni consulendas esse dicit, quales  
cunq; sunt, ut dicunt multi peruerse philosophan-  
tes: nec in ijs qui curiositate, aut ambitione, quæ-  
runt nouas opiniones, aut ut potentum affectibus  
seruiat applaudunt erroribus. Sed in alijs, qui legunt,  
discunt, et amplectuntur Prophetica et Apostoli  
ca scripta, ueritatem amant, testimonia ueteris Ec-  
clesiae probata inquirunt, et humanis opinionibus  
Dei uoluntatem anteferunt: quales no solum apud  
nos et sunt, et fuerunt, sed sunt passim in toto orbe  
terraru multi docti et ppij, quorum aliqui profiten-  
tur quod sentiunt, aliqui metu impediuntur quo mi-  
nus palam ostendant suam sententiam, hi tamen

affiduo gemitu Ecclesiæ emendationem optant.

Vt igitur ne nos quidem concedendum petulan-  
tibus ingenij iudicamus, ut rectas & uera autori-  
tate traditas sententias mutent, ut fecerunt Anabat-  
piſtæ: ita econtra ubi perspicua est uoluntas Dei,  
obediendū Deo esse affirmamus, nec expectādam  
esse cognitionem humanam. Certè illorū cognitionis  
non expectāda est, qui palam sunt hostes ueritatis.

Deinde, etiam si qua esset obscuritas, cur rebus  
non iudicatis damnantur nostræ sententiae, & mul-  
ti honesti homines propter solam purioris doctri-  
næ confessionem interficiuntur? Ea in re certe hoc  
nostrī iudicij est, nec trucidare insontes, nec adiu-  
uare aut approbare alienam sœ uitiam.

Exarserat iniusto odio Saul aduersus Dauidem.  
Interea filius Ionathas etsi erat in eo pietas erga pa-  
trem, & reverentia erga regem præcipua: tamen  
minister esse iniustæ crudelitatis noluit. Multi uero  
alij præsentem potentiam pluris quam causam  
faciebant.

Quam multis locis sacerdotes docti & sancti  
tantum propterea necati sunt, quod manifesta erra-  
ta invocationis mortuorum taxarunt, que in ipso  
iudicium confessu aliqui in animis suis tacite impro-  
babant, ut postea eos fateri audiuimus.

Cum igitur uerissimum sit, ad proprium unius-  
cuiusq; iudicium pertinere, ne in re uel sibi proba-  
ta, uel dubia, sœ uitiam exerceat, aut adiuuet, nemo  
nobis

nobis iustè succēdere potest, quod sœvitiae, quæ qui-  
dem à monachorum furore & Pontificum super-  
bia orta est, socij eſe noluimus: sed ut Ionathas, ho-  
mines innocentes, pios, doctos, Deum inuocantes  
pro nobis, utiliter seruientes ecclesiæ teximus, præ-  
sertim cum nos etiam, ut re iudicata, causam pro-  
baremus.

Nam cum Pontifices nullam legitimam cogniti-  
onem instituerent, & manifestam ueritatem dam-  
narent, & magna asperitate idolomanias stabili-  
rent, assentire iniustis iudicijs non potuimus.

Quare diu disputata re & deliberata cum eru-  
ditis & pijs, hoc doctrinæ genus, quod unum dili-  
genter consideratis fontibus, id est scriptis Prophe-  
ticis & Apostolicis, & collata omni antiquitate,  
uidemus eſe perpetuum consensum catholicæ ec-  
clesiæ Dei, hoc est omnium eruditoruſ & piorum,  
qui fuerunt omnibus seculis in Ecclesia Dei: quod  
quidem in Symbolis, Apostolico, Niceno & Atha-  
nasiano breuiter comprehensum est, & probatiſſi-  
morum scriptorum post Apostolos testimonia ha-  
bet, propter gloriam Dei & salutem nostram am-  
plexiſſimus. Scimus non eſe gignendas nouas op-  
niones de Deo, ut audacissime fecerunt cultores i-  
dolorum, & Philosophi, & multi fanatici homi-  
nes: sed reuerenter tuenda est unica doctrina, in  
qua Deus ipſe illuſtribus testimonijſ ſe patefecit.

Ideo nullam nouam opinionē proponi in ecclesijs

nostris p̄ssi sumus. Sed ueterem, uerā, & unicam Ecclesiæ Dei doctrinam incorruptam profitemur. Ac ut sciri posse, quæ nam illa sit, extat confessio nostra Augustæ exhibita, quæ summam breuiter continet: quam quidem cōgruere ad symbola, Apostolicum, Nicenum, & Athanasianū, & ad perpetuam sententiam probatissimorum scriptorum, qui in Ecclesia post Apostolos fuerūt, non dubium est, si modo dextre & non calumniose de scriptoribus illis iudicetur.

Et quicunq; erunt euentus, Deo æterno patri Domini nostri Iesu Christi gratias agimus pro hac Euāgelij luce, quæ monstrat ueram inuocationem animorū, & normam uitæ, quæ res omnibus inter summa bona ducendæ sunt.

Neq; enim Epicureorum iudicijs mouemur, qui alios bonorum fines, alias metas rerum expetendarum proponunt: sed conditū esse genus humanum scimus, ut in eo noticia Dei luceat, & ut de Deo uera testimonia dicat, eiusq; consuetudine in uita æterna fruatur. Nec maius præsidium esse in hac uita homini, in omni genere periculorum, quam scire ueram inuocationem Dei, ut scriptum est: Turris fortissima nomen Domini. Quare uera agnitione Dei nihil optabilius est.

Et quanquam euentus in hac uita uarij sunt, ut omnium temporum exempla ostendunt ueritatem non sine magnis periculis retineri: tamen D E V S  
e s m

eam non prorsus deleri sinit. Et nos quidem speramus Deū huius officij nostri memorem fore, quod se uitiam in sacerdotes pios & innocentes nolumus exercere: sicut dictum est, Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala libera bit eum Dominus.

Nec sumus adeò feri, aut rudes uitæ communis, ut terribili clamore de ordinaria potestate prorsus nihil moue amur, cum uociferantur multi, non fuissem mutandam doctrinam, aut ritus, sine ordinariæ potestatis iudicio & comprobatione: quia & ordo Ecclesiæ turbetur, & exemplum sit periculosum.

Hæc tragicè exaggerata multos aduersus nos incitant, nec nihil mouent animos nostros. Nam et nos ordinem et gubernationis uincula intelligimus, & magnificimus. Sed huic nostro dolori opponimus multa perspicua mandata Dei, quibus seuerissimæ conciones additæ sunt. Filius Dei inquit, Neq; in hac uita, neq; postea remitti blasphemiam, que contra Spiritum sanctum dicitur. Hac moniti uoce homines ubi cunq; sunt, poste aquam audierunt ueras sententias, et re cognita eas intelligunt, seuerissima lege cogi se agnoscunt, ne ueritati diuinitus monstratae aduersentur.

Quid igitur faceremus in articulis multis, quorum perspicuitas omnes sanos adsentiri conuincit? ut de indulgentijs, de sacerdotum coniugio, de manifesta profanatione cœnæ Dominicæ quam sacrificali

ficiuli indocti, ignorantes quid agant, & quid sit sa-  
crificium, toto orbe terrarum uentris causa in thea-  
tricu[m] spectaculum transferunt? Num aduersare  
m[er]itum spiritui sancto manifesta scelera taxanti? &  
rei horrendae blasphemiae fingeremus nobis hanc  
excusationem, quam scribunt Oratores aduersario-  
rum, quia plus mali sit in schismate, hos errores dissi-  
mulando esse. Imo uero anteferatur mandatum di-  
uinum, quod prohibet blasphemiam dicere in Spiri-  
tu[m] sanctu[m], omnibus episcopis & regibus.

Metæ sunt seruitutis, quas Deus ipse generi hu-  
mano circumdedidit, quæ ostendunt quæ mala dissi-  
mulanda & ferenda sint, quæ non sint ferenda.  
Atq[ue] ita Deus sepe collegit, & emendauit Eccle-  
siam contra iudicia ordinariae potestatis. Ieremias,  
Amos, & alij Prophetæ palam dissenterebant a sum-  
mis sacerdotib[us] ac regibus, et maiore parte sacerdo-  
tū ac populi: sic postea Zacharias, Baptista, Chri-  
stus, Apostoli dissenserunt ab ordinaria potestate.

Hisi uiros politicos consuluerint similes orato-  
rum qui nobis aduersantur, audiuerint idem consi-  
lium quod apud Platonem scriptum est: ut paren-  
tes deliros ferre decet, ita tolerandos esse potesta-  
tis ordinariae errores, nec excitanda dissidia in pa-  
tria, quia in ævagxiæ. & seditionibus nihil mali  
non insit.

Hæc oratio etiam si alicubi locum habet, tamen  
in Ecclesia non usurpetur ad stabilienda idola, &  
confirmandas

confirmandas blasphemias. Viderat Apostoli Christum reuocatum ex morte in uitam. Norant sibi mandatum esse, ut euangelium docerent, quo quidem illius pulcherrimæ politiae uincula & nervi laxabantur: qua ex re, in patria dissipationem scriuidebant. Hic si assensissent ordinarie potestati neganti reuixisse Christum, & damnanti doctrinam, horrendæ blasphemie rei fuissent, Deum contumelia affecissent, & sibi & alijs æternum exitium accersiuissent.

Vt igitur Apostolos ipsos necesse fuit docere Euangelium, etiam si potestas ordinaria dissentiebat: ita omnes homines eorum doctrinæ, cum uidenter eam diuinitus confirmari, assentiri necesse fuit, quanquam in toto orbe terrarum omnes summi gubernatores refragabatur: ita semper Euangelij uoci omnes obedire debent. & qui cum eam audiunt agnoscunt Dei uoluntatem, & tam obsequi nolunt, imo etiam delere eam conantur, seu ui, seu fraude, ut nunc multi præstigias ad labefactandam ueritatem comminiscuntur, metuant sententiam, quam de blasphemis Filius Dei pronunciauit, nec cogitent harum rerum maximarū, & ad gloriam Dei pertinentium explicationē inanes ludos esse, de quib. ut in Arcesilæ schola concessum sit quamcunq; uelint partem tueri.

Hæc præfati sumus, ut coram uniuersa Ecclesia huius ætatis & posteritatis, publicè exponamus

que nos causæ mouerint & ad amplectendum  
ad retinendum doctrinæ genus, quod in ecclesijs no-  
stris sonat. Non curiositate, non cupiditate illa,  
non errore à cæteris dissentimus: sed de Deo testi-  
monium dicimus. Sentimus ueram esse de Deo do-  
ctrinam in libris propheticis & apostolicis tradi-  
tam, & filium Dei iudicaturum esse omnes homi-  
nes, & daturum æternam salutem ijs qui Euange-  
lio obediunt, & abiecturum in æternas pœnas illos  
qui contemnunt, aut oderunt Euangelium. Senti-  
mus præcipue Deo hoc officium à toto genere hu-  
mano, & à singulis hominibus deberi, ut hanc ip-  
sam doctrinam per Prophetas, Christum, & Apo-  
stolos traditam seruari & illustrari curent, & pro-  
pagationem adiuuent. Sicut scriptum est: Qui non  
colligit mecum, dissipat.

Sentimus uicissim uerè diligi à Deo, exaudiri, et  
seruari hanc Ecclesiam, que Euangelium incorru-  
ptè sonat. Sentimus etiam, hanc ipsam doctrinam  
que in Ecclesijs nostris proponitur, uerè esse sen-  
tentiam scriptorum Propheticorum & Apostoli-  
corum, de qua symbolorum & probatorum scri-  
ptorum testimonia extant.

Manet enim in Ecclesia in aliquibus uera sen-  
tentia de Dei uoluntate, alias illustrior, alias obscie-  
rior: etiam si ordinaria potestas sëpe prorsus profa-  
na est, & tetros errores defendit. sicut in Zacha-  
ria, Simeone, Maria, Elizabet fulsit lumen Euange-  
lij, etiam si

lij, etiam si Annas & Caiphas erant athei. Nec alli-  
gate sunt promissiones de ueritate mansura in Ec-  
clesia, ad eos qui titulum habent ordinariæ potesta-  
tis, nec legūt, nec didicerunt, nec amāt scripta pro-  
phetica & Apostolica: & cū sumpserint inde suæ  
potentiaë titulū, deinde nouas leges condunt accom-  
modatas ad suam utilitatem, & pugnantes cum cœ-  
lesti doctrina, & excogitanti strophas, quibus eam  
ad suas opiniones inflectant.

Sed manet ueritas in alijs, qui cum discunt coele-  
stem doctrinam, pio pectore se Deo subiiciūt, expa-  
uescunt agnitione peccatorum, & rursus erigūtur  
fiducia nusericordiae, propter filium Dei mediato-  
rem promissa, & ardentibus uotis orant se guber-  
nari à Deo, obtemperant ei, & regi uolunt non tan-  
tum humanis iudicijs, sed uoce Dei. Ideo Esaias ui-  
dens sequuturas in Ecclesia sui populi, et postea tri-  
stes tenebras, precatur Deum ne lucem doctrinæ  
prosperius extingui sinat. Cumq; ait, Obsigna legem  
in discipulis meis: significat mansuram eſe doctri-  
nam, uelut obsignatam diuino Spíritu in mentibus  
non omnium, sed discipulorum, id est eorum qui  
propheticam doctrinam discunt, amant, & ample-  
tuntur, & non corrumpunt eam, sicut & nunc Iu-  
dæi, & olim Pharisæi corruptelas excogitarunt,  
quorum exempla aduersarij nostri in multis graui-  
simis controuersijs imitantur.

Cum Paulus toties clamitet, Fide iustificamur,  
Impossibile

Impossibile est lege iustificari, &c. isti contrarias sententias proponunt: Imo, inquit, homo legi Dei satisfacere potest, & his actionibus meretur remissionem peccatorum. Sed cum nunquam sciat quando satisfecerit, semper dubitet an placeat Deo? Ita ostendunt se non auditores esse Pauli, sed mordicus tenere persuasionem humanam, quam anteferunt Paulo diserte diuersum docenti. Et cum scriptum Pauli non ausint prorsus delere, audacter fingunt cauillationes ad eludendā Euangeliū uocem, quam prolatam ex sinu aeterni patris Deus per Prophetas, Christum, & Apostolos generi humano tradidit, ut de remissione peccatorū certò nobis uoluntas Dei nota eſset.

Omittimus exempla alia. Nam si plura commorare uellemus, quam longa futura eſset oratio? Num Prophetarum & Apostolorū discipuli sunt, qui sacerdotem, honestum maritū, interfici iubent? Hæc iniusta crudelitas ex Phalaridis disciplina eſt, non ex Prophetica & Apostolica.

Postquam autem ostendimus, et quid sentiamus, & quæ sit uoluntas nostra in causa tanta: nunc reliquum eſt, ut reuerenter omnes Reges, Principes, & omnium nationum uiros bonos oremus, ut propter gloriam filij Dei, & salutem Ecclesiæ, auctoritatem suam ad hoc officium Deo à toto genere humano debitum conferant, uidelicet ne adsentiantur ijs qui delere sinceram Euangeliū doctrinam, seu Synodū

seu Synodi prætextu, seu alijs modis conantur.

Nobis quidem nulla res humana gravior continere posset, quam uidere synodum dignam ecclesia Dei, in qua libera & pia collatione sententiarū de rebus maximis explicata ueritas inter omnes gentes communi consensu propagaretur. Talem synodum, ecclesiæ necessariam & salutarem, & nos a Deo ardenter uotis petimus, & aliquoties ab inuictissimo Imperatore Carolo Augusto, Domino nostro clementissimo, omnes ordines in hoc imperio petiuerunt, in qua synodo uerè, ut Psalmus dicit, conueniret populi & Reges ut seruirent Deo: hoc est, in qua ueris modis restituerent ueram Dei invocationem, & saluti animarū consularent, non stabilirent idola, & prauas opiniones, oppressa ueritate, partim ui, partim sophismatum præstigij,

Sed huius Tridentinæ synodi, quam indixit Paulus tertius, iudicium sequuturos nos esse, nequaquam polliceri possumus. Nosq; perspicuæ & ueræ causæ excusant. Persona iudicis, qui est inimicissimus nostræ causæ: & forma iudicy, in quo nulla libertas est dicendæ sententiæ, & insuffragium ibūt plures indocti & inimici nostræ doctrinæ, & si qui alij meliores aderunt, deterriti sauitie malorum, non audebunt dicere quod sentiunt: postremo & locus periculum nostris minatur.

Ac primum iustas esse causas, cur Romanum Pontificem nō possumus facere iudicem nostrarum

q controuer-

controversiarum manifestum est. Nota est enī  
uox naturae et scripti iuris, que uerat ei iudicium  
permittere, qui reus est ipse, et inimicus, et ho-  
stilem animū perpetuis præiudicijs declarauit.

Hoc tantum dissidium orbis terrarum initio or-  
tum est à reprehēsione errorum pontificiorū, quos  
monachi circumferentes uenales indulgentias cum  
auxissent, postea Pontifex Leo X. edita bulla con-  
firmauit, et cumulauit errores, quorum refutatio  
maiis certamen accedit. Ac sole meridiano clarius  
est, defendi in bulla Leonis errores pugnantes cum  
uera Ecclesiæ doctrina. Constat autem, Pontificenz  
errantem non faciendum esse iudicem. Cumq; reus  
sit, insuper hostilem animū perpetuis præiudicijs  
declarat. Quotannis repetit condemnationem no-  
stræ doctrine, et magnam crudelitatem exercet  
in omnes qui amplectuntur nostras sententias, et  
inflammat reges et principes toto orbe terrarum  
ad exercendam similem seuitiam.

Quid aliud nunc quoq; iudicaturum esse sp̄e-  
rus, quam ut hanc crudelitatem confirmet, quam  
necessariam esse iudicat ad retinendam potentiam  
et eius neruos. Suntq; potentia ipsius nerui, idola  
et false opiniones, quas taxamus. Scimus hanc  
tam tristem reprehensionem multis magnis uiris  
politicis ingratam esse: et nos non sine magno do-  
lore hos ecclesiæ morbos cōmemoramus. Sed nimis  
uera ista hæc cōmemoratio, et nunc quidē necessa-  
ritas,

ris, quia aliquos esse de Deo testes oportet.

Deinde qualis erit iudicij forma? Initia iam uidimus: habitæ sunt orationes, in quibus Amphictyones, qui sunt Tridemi, iactitant Romanum Pontificem & ei addictos, nullis doctrinæ erroribus contaminatos esse, & queruntur ab alijs sparsas esse hereses, nec dubium est eos id crimen in nos conferre. Tales quid iudicaturi sint, iam ostendunt. Et accedunt alij multi Episcopi, quibus solis suffragatio conceditur, ignari doctrinæ de Deo, & opinio nes de ecclesia peregrinas & ethnicas circumse rentes, dediti uoluptatibus, & ardentes odio nostri, quia aliquid diminui de dignitate sua nostris clama rib. arbitrantur. Hi habent adiuctos monachos indo ctos, partim fascinatos stulta superstitione, parviss agnita ueritatè seu furijs agitati delere conantes.

Hæc tota turba iudicū, et si per se abhorret à ueritate, tamen sicubi in rebus manifestis luce ueritatis conuicta mutare aliquid in pontificijs sententijs uellet, non auderet. Tota enim unius arbitriū intuetur. Id nō esse iudicū Ecclesiæ, nec senten tiarū collationē, res ipsa loquitur. Et si enim & pau ci aliqui Nicodemi similes aderunt, hi tamen uix geritu sententiā suam significare audebūt. Et ut maxime aliquid reclamarent, maior pars uinceret.

Hæc cū sint manifesta, iniuste faceremus, si illius multitudinis, quā ueritati inimicā esse scimus, audacia confirmaremus: quod fieret, si istā Synodū iudicē

q 2 faceremus,

faceremus. Nec dubium est, nihil nos iustiores aut liberiores iudices habituros esse, quam habuit Theronenes Critiam, & ceteros collegas.

Præterea ad iudicij formam pertinet, certo constitui, an ex iure diuino, ex symbolis & certis testimonijs doctrinæ Apostolorum pronunciandum sit, an uero ex recenti consuetudine sexcentorum annorum, & Decretis, quæ aut superstitione nata sunt, aut condita sunt ut munirent potentiam, & ex diluta theologia Thomæ Scotti, & similium.

Imo uero in tertia sessione synodi Tridentina decreatum est, non dissentendum esse ab ijs traditionibus & interpretationibus, quæ sunt ipsis usitate. Hæc si erit norma iudicij, quid pronunciaturi sunt de nostris sententijs, iam liquet. Damnabunt hanc propositionem, Fide iustificamur: quia non sequitur Thomæ interpretationem, quæ est corruptela pugnans cum ipso Paulo, & cum uetus & sanioribus enarrationibus. Damnabit hoc dictum, Vnde oblatione consummavit omnes qui sanctificantur: quod affirmat, unicum fuisse sacrificium propiciatorium, morte filij Dei. Nunc constat cœne Domini administrationē nō esse sacrificium, quale ipsi docet, applicandum pro alijs, ut mereatur remissionē peccatorum. Habent enim contrariam persuasionem, quæ multis seculis latè uagata est.

Si ex his recentibus opinionibus pugnantibus cum Apostolica doctrina pronunciabitur, nihil opus est synodo.

est synodo. Nota enim sunt hec recētia, et ob hanc ipsam caussam à nostris reprehensa: quia cum ab Apostolica doctrina dissentiant, quæ est immotum & immutabile decretum Dei, necesse fuit ad apostolicam doctrinam mentes hominum reuocari.

At dicent, cum pleriq; sint scripti & sententiæ controversiae, pñr tñs lxiâ diuinoas, cur magis uestræ interpretationi, quâm nostræ, quæ consensu aliquot seculorum comprobata est, crederemus? Etsi hec obiectio plausibilis est, tamen omnes pñj, doctrina mediocriter exculti, uident quid respondendū sit.

Primum, non sunt omnia obscura in sermone diuino et in symbolis. Nulla igitur interpretatio cum fontibus pugnans, recipienda est. Non enim gignenda est noua de Deo doctrina, ut fecerunt ethnici, Orpheus, Hesiodus. Ostendimus autem multas aduersariorum interpretationes pugnare cum fontibus, & genus doctrinæ nouum esse, non traditum à Deo. Ethnicum est enim, quod fingunt prodeſſe ſacrificium ex opere operato ſine bono motu utetis.

Deinde cōſtat & hoc, recentia ſecula, quorum conſensum ſequuntur aduersarij, diſceſſiſſe à ueterum ſcriptorū ſaniorū interpretatione. Videndum est igitur ultra interpretatione, noſtra an contraria, pugnet cum fontibus, hoc eſt cum ſcriptis propheſticis, & apostolicis ſymbolis, & certis testimonijſ Apostolicis ſententiæ.

Hanc eſſe normam iudicij oportebat. Nec nos

ignoramus, multos præstigiatores, ut stabiliāt idola & prauas opiniones, prætexere antiquitatem, & inflectere integras conciones Christi & Apostolorum ad humanas opiniones contra nativam sententiā, & illustria primæ Ecclesiæ testimonia. Ac magnum decus sapientiae multi in collegijs pontificijs & in aulis Regum esse putant, artificiose pingere idola, & concinna aliqua interpretatione falsas opiniones lenire.

Hi ludi, cum multis modis Ecclesiæ perniciosi sint, profectò exemplum non est confirmandum. Nam si his fuscis interpretationibus excusare licet errores, qui nunc taxati sunt, aliquāto post etiam ethnicis religionibus, ut diabolus instigat levia ingenia ad deridendum Deum, affingentur belle excusationes.

Esset autem impietas, talibus sophisticis permittere cognitionem, qui non habent studium ueritatis: sed cum uideant hoc plausibilius esse, tantū quārū prætextus, ut quoquo modo præsentes ritus tueantur. Oramus autem omnes graues uiros amantes ecclesiam Dei, ne audiant tales agyrtas, corruptentes doctrinam de invocatione, quam purissimam esse oportet.

Cum mens in invocatione querit quem alloquitur, & an & cur audiantur nostræ preces, necesse est sciri hunc esse uerū Deū creatorē cœli et terræ, & cōditorem ecclesiæ suæ, qui se nominat patrem Domini

Domini nostri Iesu Christi: et certò exaudire propter filium, quem uoluit pro nobis uicimam fieri,  
et constituit misit uō nō in ētū nō ἀπέχεται.

Hic si oculis obijcit ille præstigiator Georgium, Martem, Iunonem, Annam, et dicet congruere hæc invocationes, iam re uera Deus horribili conuictus afficitur.

Artaxerxes uotum fecerat, ægrotante incesta coniuge, se Iunonem solam uelle colere, si sanaret muliercula, et uelle totā uiam ab arce Babylonica ad templū auro tegere, quod ipsi donaturus esset.

Hæc si talis aliquis sophista leget, queret speciosam interpretationem. Dicet Iunonem significare unicam æternam mentem, seu πόνοιαν rectitudinem. Et Deo gratam esse munificentiam, qua templū ornantur, ut sacerdotes ali, studia iuuari, pauperum inopia subleuari possit.

Tales fuci semper et fuerunt, et erunt perniciose corruptæ invocationis uocæ, de qua concio natur Euangeliū. Quare aduersari talibus, quamlibet speciosis interpretationibus, necesse est.

In historia passionis filij Dei, insignis imago proponitur, cū oculi filij Dei teguntur fascijs, et undiq; facies cæditur colaphis, et addūetur uirulen ti sarcasmi, Vaticinare quis te percusserit. Irrident uelutū: quasi aut non uideat à quo contumelia affiebatur, cū uelit perhiberi uates: aut etiā si uideat, dissimulare tamen, et accipere iniuriā cogatur.

Quid tā simile est huic imaginī, quām illæ fūco  
ſe erratorū interpretationes? Veritatem tanquam  
captiuam isti producunt, ac primum oculos eius  
uelant, hoc est nudam cerni nolunt. Deinde alij d-  
liunde colaphos infligunt, hoc est corruptelis no-  
uis eam lacerat. Et ſibi ipſis plaudunt, et tanquam re-  
bene geſta triumphos agunt inter ſuos, & Epicu-  
rea audacia ſibi perſuadent non cerni has fraudes  
à Deo: nec uerentur iudicia hominum, freti poten-  
tum fauore.

Aduersus tales ſophistas, in tantis periculis ex-  
tremæ ſenectæ mundi, proſectò diligentia & cir-  
cumſpectione opus eſt, ne & hæc quæ iam reſtitu-  
ta ſunt, nouis præſtigijs obruantur: et ne hoc exem-  
plo conſirmentur petulantia ingenia, quæ libenter  
omnes religiones miſcent. Omnium uirtutū longe  
maxima eſt, maximeq; neceſſaria, uera Dei inuo-  
catio: quæ eſt rectrix omnium periculorum uitæ,  
& radix cæterarum uirtutū, & præſidium in hac  
miferia humana præcipuum. Huius uirtutis doctri-  
nam uult Deus omnibus hominibus notiſimam eſ-  
ſe, & feruari incorruptam. Facile autem deerrant  
humanæ memores à Deo: & in quām tetros furores  
ruant, poſtquam ſemel impulſæ diaboli laqueis te-  
nentur, offendunt idola, & pernicioſi errores om-  
nium ſeculorum atq; etatum.

Ideo non concedendum eſt, ut homines Epicu-  
rei, aut ignari doctrinæ cœleſtis, & non amantes  
ueritatem,

ueritatem, ex studijs sophistices, de his contro-  
uersijs pronuncient.

At dicet aliquis: Nulla ne patiemini iudicia, nul-  
lam cognitionem? Imo non dubitamus, membra ue-  
re Ecclesie Dei paſſim in toto orbe terrarum, quod  
perferti doctrina potuit, quotidie iudicium facere  
de doctrina: & multi suam sententiam declarant,  
qui ut testemur se probare hanc doctrinam, con-  
fessionem eius uitæ sue anteponunt.

Non igitur desunt iudices & testes nostræ sen-  
tentie. Atq; utinam de his tatis rebus, quas uniuersi-  
so generi humano notissimas esse oportebat, in iu-  
dicio uerè ecclesiastico possemus nostras sententias  
cum uiris doctis, timentibus Deum, & amantibus  
ueritatem, cōferre. Cur autem eius synodi cognitio-  
nem expeteremus, in qua non solum nos non audi-  
mur, sed etiam alijs recte sententiis libertas dicen-  
dæ sententie nulla concedetur?

Postremo & loci periculo iustè mouemur, ubi  
cum nostri tuti uersari, præsertim emissia aliqua li-  
bera uoce, nō possent, satis excusati sumus, quo mi-  
nus ad eum locum accedamus.

Extant & uetera & probata exempla sancto-  
rum patrum, qui Synodos defugerunt, quanquam  
autoritate summa indictas, cum suspicabantur non  
hoc agi ut ueritas pateficeret, sed ut stabiliretur  
aut tyrannis, aut impium aliquid dogma.

Imperator Constantinus editio luculenter ex seua

q s r̄ scripto

re scripto præcepit gubernatoribus ecclesiærum,  
ut in Tyro conuenirent. Etsi aliqui eò uiri boni, &  
Deum rectè colentes accesserunt, ut Potamon mar-  
tyr, tamen plures Episcopi colludebant cum Ario.  
Cum igitur Athanasius uideret se habiturum esse  
iniquos iudices, noctu discessit: cumq; ad Imperato-  
rem, qui non procul erat, uenisset, coram Imperato-  
re, quanquam irato, se excusauit.

Deinde Constantinus synodum Antiochiae co-  
git frequentissimam. Ad hanc noluit accedere Ma-  
ximus Hierosolymorum episcopus, cum quidem lo-  
ci uicinitas eum inuitare posset. Sed norat quo uo-  
luntas Constantini propendebat, uel potius quid  
machinaretur illi impostores, qui mirificis technis  
deprauabant Imperatoris animum.

Postea cum Photinus horribilem tumultum in  
Pannonia excitasset, renouans ueterē Ebionis bla-  
phemiam, ac negans in Christo duas esse naturas,  
Imperator, ut in re magna, synodum conuocat Syr-  
ium. Ad hanc magnitudo negotij inuitare debe-  
bat omnes, præsertim qui non longe aberant. Ve-  
nit autem eò magna frequentia Arianorum, que  
cum suspecta esset pijs Episcopis in occidente, pluri-  
mi eò accedere noluerunt. Ex præcipuis uero uenit  
eò Hispanus quispianus Osius Cordubensis episco-  
pus, quem Imperator propter nominis celebrita-  
tem peculiariter euocarat. Cumq; ibi astutè de-  
prauatum esset Nicenum symbolum, Osius ambi-  
guitatem

guitatē uerbi, quod insertum erat, stulta opinione  
tranquillitatis approbavit.

Postea cum eius authoritatem hæretici allega-  
rēt, Ecclesiæ in multis regionibus perturbatæ sunt.  
Ideo Hilarius asperè queritur de Osio, eiq; non so-  
lum imprudentiā, sed etiam leuitatē tribuit. Quare  
multo satius fuisse, Osium non uenire in synodum.

Cyrillus episcopus Hierosolymorum, qui defen-  
dit episcopos, & cum Gregorio Nazanzeno tan-  
dem consenfit, aliquoties citatus à Synodis, non ac-  
cessit ad eas, ac primus dicitur usus scripta ap-  
pellatione.

Imperator indixerat, ut Mediolani conuenirent  
Episcopi ex oriente & occidente. Ibi cum Pauli-  
nus episcopus Treuirensis, & pauci quidam alij  
animaduerterēt Auxentium fauere Arianis, statim  
initiò discesserunt, ac fuerunt cæteris autores disce-  
ndi. Non enim uolebant prætextu synodorum  
deleri ueritatem.

Cum igitur similes causas habeamus, ne Tri-  
dentinam Synodum probemus, quales illi habue-  
runt in fugiendis, aut relinquendis impijs Syno-  
dis, satis nos & hæcausæ, & hæc exempla ex-  
cusant.

Precamur autem Deum æternum patrem Do-  
mini nostri Iesu Christi, ut sicut se immensa  
bonitate generi humano patefecit, ita ser-  
uet inter homines lucem Euangelij, nec finat  
eam

eam deleri humanis furoribus quibuscumq; Precede  
mur etiam, ut uoce Euangeliū colligat sibi in multis  
gentibus aeternam Ecclesiam, à qua uerè inuocetur  
et celebretur, et ubique terrarum idola euertat.  
Oramus etiam propter gloriam Dei et salutē Ec-  
clesiae inuictissimum Imperatorem Carolum Augu-  
stum, Dominum nostrum clementissimum, et om-  
nes reges et principes, ne prætextu synodi finant  
damnari manifestam ueritatem, et confirmari ido-  
la, et iniustum fœnitiam paſsim grassantem: ac sibi  
ipsis comminationes diuinās proponat, in quibus  
dicitur, Blasphemia spiritus non remittetur homini-  
bus. Itē, Veniet super uos sanguis iustus effusus in-  
de usq; à nece Abel iusti, et c. Non assentiantur hy-  
pocritis, qui agnitam ueritatem obruere conantur.  
Non sint ministri alienæ crudelitatis: sed querant  
salutaria consilia ad fouendam ecclesiam Dei, que  
profecto in hac mundi senecta fit angustior et æru-  
mnosior. Hæc reuerenter, ut in Ecclesia Dei, sine  
ullis priuatis cupiditatibus petimus. Non enim de-  
lectamur dissidio, nec ignoramus nostra pericula  
et nostras ærumnas: sed assentiri non possumus, ut  
Euangeliū lux, et doctrina necessaria ecclesie Dei,  
aboleatur: nec societate crudelitatis polluere men-  
tes nostras, et uniuersam posteritatem nostram  
uolumus.

Hæc est plana confilij ratio: quam cum iustissi-  
mam esse constet, ab ea non discedendum est, et e-

Xitus Deo commendādi sunt. Sicut sāpe docet uox  
caelestis, ut in Psalmo 36. Subditus esto Deo, & o-  
ra eū. Item, Expecta Deum, & custodi uiam eius.  
Et hūc ipsum æternum patrem Domini nostri Iesu  
Christi, conditorem omnium rerum & Ecclesiæ  
sue oramus, ut nos gubernet  
& defendat:

A M E N.

S. D. N. D.

S. D. N. D. PAVLI DIVINA  
PROVIDENTIA PAPAE III.  
INDVLGENTIA PRO PACE  
PVBLICA, ET EXTIRPATI-  
ONE HAERESVM, PAVLVSE  
PISCOPVS SERVVS SERVO  
RVM DEI, AD FVTVRAM  
REI MEMORIAM.

DEI omnipotentis Spiritus,  
cuius numen & prouiden-  
tia Ecclesiæ suæ semper adest,  
nos pro pastorali officio nostro  
hortari & admonere non desinit,  
ut ex ipsa Ecclesia pestiferas, quæ  
in ea increbuerūt hæreses, aufer-  
re studeamus. Ac nos quidē iam  
inde à nostri Pontificatus initio,  
hanc in animo nostro curam insi-  
tam & infixam habuimus, ut ui-  
neā Domini perpurgaremus, &  
disseminata

diffusimata ab hæreticis in Ger-  
mania impiorum dogmatum zi-  
zania euelleremus. Ingemuimus  
enim semper, & ex intimo corde  
doluimus, cernentes tantum pia-  
rum animarum numerum, quas  
Christus dominus noster precio-  
sissimo suo sanguine redemit, pro  
pter pestiferas hæreticorū doctri-  
nas, ex sanctæ matris Ecclesiæ si-  
nu & obedientia abstractum fuis-  
se. Sed non solum errantes filios  
in viam reuocare semper optauim-  
us, uerùm ipsorum quoq; hære-  
ticorū mentes, si qua ratione pos-  
semus, sanare tentauimus. Et pri-  
mò quidem, quòd nostræ naturæ  
humanitas postulabat, fecimus, ut  
lenibus eos medicamentis ad fani-  
tatem reducere conaremur. In quo  
etiam Deum dominum nostrum  
imitari

imitari uoluimus, qui longani-  
mis & misericors, peccatores diu-  
ut conuertantur, expectat. Sed  
cum leues nihil medicinæ profice-  
rent, omnesq; conatus nostri ina-  
nes essent, atq; irriti, ad Cōcilium  
generale descēdimus: cuius auto-  
ritatem illis grauissimam fore spe-  
rabamus. Ipsumq; Conciliū in ur-  
be Tridentina, quæ in ipsius Ger-  
manicæ nationis iure ac ditione  
est, ad accedendū cōmoda, ad cō-  
morandū libera, congregauimus.  
Sed ita profecto res se habet, ut  
qui non errore humano, sed dia-  
bolica pertinacia, à recto salutis  
curriculo deflexerunt: que adeo  
rum animos flectendos ualere de-  
berēt, ualeant potius ad induran-  
dos. Nihil enim eos prorsus nec  
Conciliū generalis mouit authori-  
tas,

tas, nec uarijs ex locis tot episco-  
porum conuentus, nec Christia-  
norum Regum & populorum ue-  
neratio, quam huiusmodi semper  
Oecomenicis conuentib. tribue-  
runt. Itaq; aperto iam multis men-  
sib. Concilio, celebratisq; aliquot  
sessionibus, eorum nemo illuc ac-  
cedere uoluit: sanctamq; ipsam  
Tridentinam Synodum, spiritu  
sancto legitimè cōgregatam, usq;  
eò contemnunt ac despiciunt, ut  
non decretis eius staturos se, non  
diffinitionibus fidem habituros,  
non authoritati cessuros esse, pa-  
lam profiteantur, atq; denunciēt,  
sed in pristina sua pertinacia & im-  
pietate permanentes, sicut ipsi sub-  
uersi sunt, ita alios subuertere, &  
ut nihil Concilij authoritate mo-  
veantur, persuadere nitunt. Hanc

r eorum

eorum tam diuturnā prauitatem  
si diutius in Ecclesia manere, & ad  
aliorum perniciem, impunitate ip-  
sa augeri, & corroborari patere-  
mur: non uidemus profectò, quo  
modo grauissimā Dei iram & iu-  
diciū possemus effugere: nec quā  
rationem tot animarum, quot ab  
istis ad exitium & interitū ducun-  
tur, in illo die, supremoq; iudicio  
reposcenti à nobis Domino red-  
dere. Itaq; cum de eorum corre-  
ctione omnino desperauissemus,  
uideremusq; illos planè sanctæ  
Dei Ecclesiæ hostes esse, bellumq;  
pijs ominib. indixisse nefarium:  
quantisq; possunt conatibus enīt  
et cōtendere, ut in eandē, in quam  
ipsi ceciderunt, soueam impieta-  
tis, reliquos omnes detrahant: di-  
uini sp̄ritus inspiratione accidit,  
ut

ut charissimus in Christo filius  
noster Carolus Romanorum Im-  
perator semper Augustus, fortissi-  
mus & religiosissimus Princeps,  
in eisdem & Dei hostes & rebel-  
les suos, arma sibi capienda statue-  
ret: cuius quidē pios laudabiles-  
que conatus, & excellens in rem  
Christianam studium, omnibus  
nostris & S.R.E. facultatib. pro-  
piorum salute, pro religionis de-  
fensione, pro Dei honore, denique  
pro pace & tranquillitate publi-  
ca sumus adiuturi. Sed cum om-  
ne donum optimum superne ad  
nos descendat à patre lumen,  
paxque sancta & salutaris, quam Ec-  
clesiae catholicæ restituere cupi-  
mus & paramus, è Dei manu ad  
nos uentura sit, sacrís etiam literis  
moniti, patres nostros ieunijs sae

pe & lachrymis & orationibus si-  
de integra & syncero affectu effu-  
sis, iram diuini numinis placauis-  
se, extinctisq; dissensionibus con-  
cordiam, & sedatis bellis uictori-  
am & pacem impetrauisse. Idcir-  
co Christi fideles omnes utriusq;  
sexus hortamur in Domino, et pa-  
ternè admonemus, in quibuscum  
que prouincijs, regnis, oppidis, lo-  
cisq; sint: ut ad eundē Dominum  
nostrū humili corde conuersi, po-  
ste aquam presentium nostrarum  
literarum tenor & sententia, eo-  
rum qui ordinarij locorum sunt  
opera, adeorū aures & notitiam  
uenerit: huic sanctæ expeditioni,  
suis ad Deum orationibus, prijsq;  
erga pauperes eleemosynis suffra-  
gentur, quartaq; & sexta feria &  
sabbato proximo sequente ieju-  
nent,

nen<sup>t</sup>, nisi aliquo iusto impedimen-  
to id agere prohibeantur. interim  
pura cordis contritione, & oris  
confessione, conscientias suas dili-  
genter emundent. & ut Deum si-  
bi magis propicium reddant, die  
Dominica, quæ sabbatum, quo  
ieiunarint, proximè sequetur, sa-  
cro & salutari Christi domini no-  
stri corpore reficiant, Deum om-  
ni animi studio suppliciter oran-  
tes, ut tandem populi sui, quem u-  
nigeniti sui filij sanguine redemit,  
misericordia cōmotus, à præsen-  
tibus eum calamitatibus liberare  
dignetur, pacemque illi & concor-  
diam, sublatis dissensionibus, do-  
nare: quo omnes eius fideles, im-  
pijs extirpatis hæresibus, sublatis  
que dissidijs, & infidelium Chri-  
stianæ religionis hostiū metu ua-

cui ac soluti, diuinæ eius maiestati  
cultum, & pium famulatum exhi-  
beant. Atq; ut tranquilliore ani-  
mo & maiore fiducia cœlesti Eu-  
charistiæ pane uescantur, neq; ul-  
lius grauitate peccati & absolutio-  
nis difficultate eum sumere prohi-  
beantur: utq; eorum oratio, quo  
puriori à corde manauerit, hoc  
sit Deo acceptior, et ad misericor-  
diā Christiano nomini impetran-  
dā efficacior: nostra, quam à Deo  
obtinemus, authoritate, omnibus  
& singulis Christi fidelibus, qui  
hæc quæ præcipimus egerint, cō-  
cedimus, ut presbyteros secula-  
res & cuiuscunq; ordinis regula-  
res possint eligere, quibus pecca-  
ta sua confiteantur: quorum con-  
fessionibus diligenter auditis, illi  
unumquemq; eorum, à quibusuis  
deli

delictis & peccatis, quamuis gra-  
uibus etiam, sedi Apostolicæ re-  
seruatis, præterquam ijs quæ in  
Bulla in die Cœnæ Domini legi  
solita cōtinentur, & ab omnibus  
censuris, in quas propter illa pec-  
cata incidissent, salutari pro deli-  
ctis admissis satisfactione iniun-  
cta possint absoluere: dūmodo &  
admissorum eos peccatorū ex a-  
nimō poeniteat, & in pōsterum ri-  
té, & ut Christianos homines de-  
cet, uiuere statuant: eaq; quæ sa-  
cerdotes illis p̄ peccatorum satis-  
factione mandauerint, exequant̄.  
Atq; etiam eadem authoritate A-  
postolica, ius & facultatē damus  
& concedimus prædictis sacerdo-  
tibus, uota omnia ab ipsis Christi  
fidelibus suscepta, in alia quæuis  
pietatis opera commutandi, exce-

ptis duntaxat castitatis & religio-  
nis uotis. Præterea ut Christi fide-  
les præmijs cœlestibus inuitemus,  
omnib. & singulis, qui hęc omnia  
recte fecerint, pcessionemq; indi-  
cendā, animo ad Deū et cogitatio-  
ne cōuersa, ei p hæresum extirpa-  
tione & pace publica supplicātes,  
fuerint prosequuti; aut si qui eorū  
morbo, aut aliquo quopiā iusto  
impedimento id facere phibeant,  
piam eleemosynam alicui pauperi  
homini, pro Christi amore, quan-  
tū ipsis uidebit, elargiti fuerint: aut  
si ipsi egeni & pauperes sint, quin  
quies orationē Dominicā & Sa-  
lutationem angelicā, pacis à Deo  
& concordiæ impetrandæ, & tol-  
lendarū ex Ecclesia hæresum cau-  
sa, pia mente dixerint: Nos om-  
nipotentis Dei, ac beatorum Pe-  
tri

tri & Pauli apostolorum suorum  
authoritate cōfisi, plenissimam in  
Domino peccatorū omnium ue-  
niam et indulgentiam damus, atq;  
largimur. Præcipientes insuper  
omnibus presbyteris, tam Cathe-  
dralium & collegiatarū ecclesia-  
rum secularibus, quām aliarū qua-  
runcunque, etiam claustralium re-  
gularibus, simulq; omnib. cuius-  
uis ordinis monialibus, ut duran-  
te hoc aduersus impios & pertina-  
ces bello, donec fuerit diuino au-  
xilio foeliciter confectum, secunda  
quarta & sexta feria post Missa-  
rū solennia, Letanias piē canant,  
unā cum orationib. ad hanc rem  
accommodatis. Atq; ut hæc om-  
nia, quo pluribus Christi fidelib.  
nota fuerint, hoc inueniantur plu-  
res, qui Deo pro publica pa-

ce & extinctione hæresum suppli-  
cent: in uirtute sanctæ obedientię  
præcipimus, & mandamus omni-  
bus & singulis Patriarchis, Archi-  
episcopis, Episcopis, & alijs ecclæ-  
siarum Prælatis, ut cum primūm  
præsentes, aut illarū transumptum  
manu alicuius Prælati, aut perso-  
næ in dignitate ecclesiastica con-  
stitutæ, subscriptum, ad eorū ma-  
nus peruerterit: eas statim, omni-  
in loco, per suas ipsorum prouin-  
cias, dioceses, ecclesias, castra, &  
terras, sine aliqua fraude, aut lu-  
cro, cum ijs gratijs, concessionib.  
facultatibus et indulgentijs gratui-  
tis publicare faciant: non obstan-  
tibus quibuscumq; constitutioni-  
bus & ordinationib. Apostolicis,  
& alijs quibuscumq; in contrari-  
um. Ea declaratiōne præmissa,

quod

quòd postquam præsentes, in re  
gnis, dominijs, prouincijs, ciui-  
tibus, castris, dioœcesibus, ter-  
ris, locisq; supradictis publicatae  
fuerint, aut ad supradictorū Chri-  
sti fidelium aures peruenient, di-  
esq; prædicti quartæ & sextæ feria  
rum ac sabbati & dominicæ fue-  
rint elapsi, ulterius non sint uali-  
turæ. Datū Romæ apud sanctum  
Marcū: Anno incarnationis Do-  
minice millesimo quingentesimo  
quadragesimo sexto, Idibus Iulij:

Pontificatus nostri Anno  
duodecimo.

Visa de Curia. Io. de Fortibus.  
Franc. Aragonia.

B. Motta.  
Sixtus Vicec. Episcopalis.

LECTORI.

**P**oste aquam monstrosa illa bestia Romana per strinxit oculos orbis speciosos praetextu Concilij Tridentini, nunc ceu furijs agitatus diabolus erumpit in horrenda fulmina & tonitrua. Sed ut nullus in orbe est tam calidus aut ueterator diabolus, qui non interdum labatur, suaq; opinione frustretur: ita iste sceleratus praedo Romanus turpissime nunc exhibuit hominibus deridendum. Edidit nunc tandem Bullam, in qua concedit indulgentias, ut uocant, ijs qui ad extirpandas Ecclesias Germaniae, arma sumpserint. Synagoga Satanae non potest uidere florentem Ecclesiam Christi. Id uero quod praetextu religionis facere contendit in hac bulla impius ille pirata Romanus, tam insulse aggressus est, ut re uera nullus sit puer usque adeo rerum imperitus, qui non agnoscat facile meros ac postremos halitus regni Satanae in hac bulla contineri. Et quia rei indignitas tanta est, tamq; perspicue ab ipso scelerato latrone Romano proposita, ut nullis idoneis uerbis ea proferri possit, neq; quisquam sit, quin eam impietatem quae in bulla continetur, primo statim intuitu facilime cognoscat: ma  
lui

lui ipsam bullam simpliciter, ut in hac urbe Ro-  
ma edita est, hominibus legendam proponere,  
quam eius impietates annotare, quæ longū a-  
lioqui uolumen requirerent. Illud tantum di-  
cā, duo præcipua in hac bulla iuxta animi sui  
desiderium esse Papam consequutum, quæ ip-  
se quidem magnificat, & uerè digna sunt quæ  
ab hominibus animaduertantur et cognoscantur.  
Primum illud est, hoc esse bellū Ecclesiæ,  
tantum ad extirpandam Ecclesiarum Germanie  
doctrinam suscepimus, non propter inobe-  
dientiam ullius Principis, ut Carolus suis lite-  
ris euulgauit. Habebit ergo Papa, habebit item  
Carolus, & quidē de cœlo missum præmiū, di-  
gnum istis suis factis. Alterum illud est, quod  
cupit iste latro Romanus bullam editam esse ad  
perpetuam rei memoriam. Id uero adeo plenē  
consequutus est, ut quam diu orbis terrarū sta-  
bit, homines futuri sint qui sciant uixisse in  
hoc tempore quandam incarnatum diabolum,  
qui se Paulum Papam tertium appellabat,  
nonagenariū penē silicerniū, uel spectrum po-  
tius inter homines, uero spiritu diaboli agi-  
tatum, qui suam in societatem traxit dilectum  
filium suum Carolum, ut communi omnium

con-

consensu coniurarent aduersus filium Dei,  
iusq; doctrinam ex animis ac memoria homi-  
num funditus extirparent. Sed uiuit adhuc  
Deus, qui hæc nefaria consilia diutius tolera-  
re non poterit, quin breui utriusq; ser-  
pentis capita conteran-  
tur. Vale.

F I N I S.

ANTIHESES PAVLI APO-  
stoli Tarsensis, & Pauli præsentis pira-  
tæ Romani, qui se tertium appel-  
lat, Romæ scripta.

**R**oma duos uidit diuerso tempore Paulos;  
Nomine coniunctos, officioq; pares.  
Extremū ille diem clausit mucrone Neronis:  
Fclices Romæ transigit iste dies.  
Iussit utriq; Deus cœlesti pascere uerbo,  
Quas emit pprio sanguine Christus oues.  
Heu quam dissimili studio præcepta faceſſunt,  
Est uarijuarius causa laboris amor.  
Ille gregem pauit, quin impius iste trucidat:  
Ille gregi totus uixit, at iste sibi.

Ille

Ille stetit cœlebs: uenere hic corrūptus utraq;  
Dignum se natum fœtidus hircus habet.  
Ille iubet castos thalamos, meretricibus iste  
Gaudet: nā ex scortis plurima lucra facit.  
Quæsuit manibus uictum, succurrit & ille:  
Indignis armis hic aliena rapit.  
Ille pījs fratrum munuscula legit egenis:  
Iam collecta nouis surripit iste dolis.  
Illi pacis erant fraternæ fœderæ curæ,  
Artibus hic miris horrida bella fouet.  
Illi solafuit crux gloria, plena triumphis  
Vita isti, reprobrum nil nisi læta iuuant.  
Ille probos sacro fungi uult munere, cōtrā hic  
Corruptis uendit munera sacra uiris.  
Vilibus ille famem dapibus, uel pane fugabat:  
Suauibus huic epulis mensa referta placet.  
Ille toga corpus uelabat paupere, byssō  
Iste tegit, cultu purpureoq; nitet.  
Illi sola fuit Christi fiducia certa:  
Iste magis cinctus milite tutus erit.  
Ardebat totus Christo coniungier ille:  
Perpetuum terris hic cupit imperium. (tra<sup>s</sup>  
Quid moror? Antipodas uidisti Roma.qd ul-  
Est Romæ tandem sic peritura fides.

F I N I S.

A 1597 382

(Samen met H. oct 172 dl. 4)

*gen* 4  
PAVLI III. PONTI-  
FICIS ROMANI EPI-  
STOLÆ DUÆ, AD HELUETIOS, & ALI-  
QUOTE ORUM EPISCOPOS ATQ; AB-  
BATES, QUIBUS & INSTITUTI CONCILIJ  
TRIDENTINI, & SUSCEPTI CÔTRA PRO-  
TESTANTES BELLÌ RATIO  
CONTINETUR.

EXEMPLVM EPISTOLAE  
Pauli 111. Pont. Romani ad  
Heluetios, &c.

Dilecti filij, salutem & aposto-  
licam benedictionem: Pro  
nostra & prædecessorum nostro-  
rum erga deuotiones uestras, to-  
tamq; istam fortissimā nationem  
beneuolentia, que facit, ut semper  
nos uestrī memores, uestrorum  
cōmodorum atq; honorum sum-  
mā rationem habeamus: nō dubi-  
tamus, quin uobis q; in animo  
& memoria infixū sit, quanta fue-  
rit, ut qui semper nostris indicij,  
nostrisq; stipendijs uos honesta-  
uerimus: uestra autem uirtus & ue-  
stra fides nunquam prædecessori-  
bus nostris, & nobis, ulla in tem-  
porum uarietate defuerit. Atque  
hanc tantam & tam arctam inter  
nos amicitię coniunctionem, que  
utriq;

utriq; parti & honoris fuit semper,  
& commodo: fuerunt tamen ua-  
tri & insidiosi homines, perturba-  
tores legum morumq; bonorum,  
indemq; sanctæ catholicæ & apo-  
stolicæ religionis corruptores, qui  
separare & diuellere conati sunt.  
quibus tantum fauit perfidus hu-  
mani generis hostis, ut ex ista for-  
tissima & nobis charissima natio-  
ne aliquos tamen à nobis potuerit  
auellere, magno cum dolore no-  
stro, tanquam è sinu & complexu  
amantissimi patris dilectissimos fi-  
lios. Quorum iacturam atq; dam-  
num etiam nunc lugere & lamen-  
tari non desistimus, desiderantes  
& Deo restitui, & nobis: quos no-  
stræ curæ, diurnæq; & nocturnæ  
cogitationes omnibus precibus  
apud Deum, & assiduis lamenta-  
tionibus requirunt. Illud tamen

s 2 Deo

Deo, eiusq; diuinæ bonitati & de-  
mentiae referimus acceptū: quod  
pars de uobis in fide erga ipsum  
Deū, & erga sanctam matrem Ec-  
clesiā perstītit, nec se alienari à cul-  
tu ueræ & Christianæ religionis  
passa est. In quo Deus misericor-  
die dominus, & uobis qui integrī  
remāsistis, de spirītu suā sapientię  
effudit: & si qui gentis uestræ de-  
cepti & inducti improborum ser-  
monibus, in alienum sensum abie-  
runt, illis tamen exemplum ante-  
oculos posītum esse uoluit cōstan-  
tioris et melioris partis, per quam  
aliquando possint facilius resipi-  
scere, et reuerti ad eam sanctam fi-  
dem, quā patres ipsorū omnesq;  
auī, & maiores perpetuo cursu ue-  
terum seculorum in catholicae Ec-  
clesiē gremio tenuerūt. Cuius Dei  
uoluntatis maximū est argumen-  
tum,

tum, quod pax et concordia inter  
uos, ne dissilio quidē religionis,  
ex quo solēt asperrimæ seditiones  
oriri, infringi, aut uiolari potuit:  
quam pacem uestrā & coniunctio  
nem nos optimum signum uestre  
probitatis, & optatae ac speratae  
nobiscum cōfessionis habemus.  
At nobis quidē iam inde à nostri  
pontificatus initio omnia tentan-  
tibus ac molientibus, quo his dis-  
sidiōrum atq̄ hæresum domesti-  
cis malis occurreretur: cum &  
pro pace inter Christianos princi-  
pes reconcilianda, sicut notum uo-  
bis est, plurimum laborassemus,  
et lenibus primò remedijs scriben-  
do, hortando, monendo iniquos  
hæreticorum animos placare stu-  
duissemus: postquam cætera non  
satis processerunt, ad summum &  
maximum omnīū huiusmodi ma-

lorum remedium, Oecumenicum  
& generale Conciliū indicendum  
deuenimus. Et quoniam in Ger-  
mania maximē hæc hæreticorum  
praua seges pullulabat, locū conci-  
lio habendo Tridētum elegimus,  
iuris & nationis Germanicę ciui-  
tatem: ad quam illi cōmodē uenī-  
re, tutoq; commorari in ea, & tue-  
ri, si uellent, partes suas possent.

Sperauimus enim, id quod erat  
sperandum, in tanta Cōciliij gene-  
ralis authoritate, cui semper reges  
Christiani, & populi plurimum  
detulerunt, in tanto conuentu ue-  
nerabilium Episcoporum, qui ex  
omnib. nationibus illuc collecti,  
de summa fide catholica authore  
spiritu sancto essent acturi, nem-  
inem fore tanta impietate prædi-  
tum, qui non se tantæ, diuinæ ma-  
gis q; humang; autoritati submit-  
teret;

teret: qui non reiectis falsis sugge-  
stionibus improborū, iudicium  
uniuersum catholicæ Ecclesiæ su-  
spiceret. Quam etiam nunc spem,  
dilectissimi filij, de uobis retine-  
mus, pacemq; illā inter uos, quam  
omni laude dignam paulo antē di-  
ximus, tanquam ansam diuinitus  
nobis datam accipimus, ad con-  
glutinandos iterum uestros cum  
Deo & nobiscum animos: cum et  
qui fideles ac constantes ē uobis  
manserunt, hoc certē animo ob-  
temperandi sacro Concilio sint fu-  
turi: et qui non sua culpa, sed quo-  
dam credulitatis errore( qui sāpe  
etiam bonis incidit) prolapsi sunt,  
autoritatem Oecumenici concilij,  
& eius spiritus sancti qui concili-  
um regit, non contempturi esse ui-  
deantur: ad quod nos concilium,  
tanquā ad cœlestem senatū quen-

dam, cui Deus præest, eumq; ipse  
met & moderatur & gubernat:  
Deuotiones uestras, sicut etiam  
antè fecimus, & inuitamus & ad'  
hortamur. Quod uero nobis pre'  
ter omnē spem & expectationem  
accidit, ut inuenirentur inter Ger-  
manos non pauci etiam de nume-  
ro eorū qui se dicunt esse Princi-  
pes, qui cœcumenici Concilij gra-  
uiissimam authoritatem, potiusq;  
diuinā (ut diximus) quam huma-  
nam, ita superbē insolenterq; de-  
spicerent, ut nō modo ad id se ac-  
cessuros negarent, sed contume-  
lijs & maledictis petulantib. atq;  
nefarijs omnem Conciliorum san-  
titatem improbissimè infectaren-  
tur, seq; nec Cōcilij decretis statu-  
ros, nec illius autoritati tantulū  
delaturos dicerent: Id nobis, ut  
uerē loquamur, maximo dolori  
fuit.

fuit. Vidimus enim hanc perdi-  
torū contumaciam, summam no-  
bis necessitatem afferre, ut de ui-  
atq; armis esset cogitandum: cum  
nectantum animarum interitum,  
quæ hæresum uenenis quottidie  
inficiebantur, nec cōculcationem  
totius, non magis Ecclesiastici q;  
Christianī nominis atque hono-  
ris, possemus amplius perferre.  
Quod alterū nobis pastorale offi-  
cium, charitasq; paterna, quam er-  
ga omneis fideles Dei filios atq;  
nostros gerimus: alterum locus  
atque honor, & summi pontifica-  
tus dignitas nō permittebat. Sed  
nobis sæpe cogitantibus quid a-  
gendū esset, Deūq; precātibus, ut  
is diuini sui cōsiliij nobis lumen of-  
ferret: opportunē accidit, ut cha-  
rissimus in Christo filius noster  
Carolus Romanorū Imperator

s 5 semper

semper Augustus, cuius erga Deum omnipotentem et sanctam catholicam apostolicamq; fidē singularē semper extitit studium, & præstantissima pietas, impiorum sceleribus eisdem ferē quibus nos offensus, & quod cum Cōcilium Germanicę nationi ipsius præser tim postulatione et opera à nobis datū esset: qui id contemnebant, ipsius quoq; & factum & authoritatē uidebantur contemnere, si cut quidē apertē petulanterq; faciebant: armis sibi constitueret uolatæ fidei catholicæ sanctitatem ac unitatem esse uindicandam, cui nos occasiōni tanquam nobis ab Deo sine ulla dubitatione oblate, studiose nos adiūximus, summi que Imperatoris optimam uoluntatem, omnibus nostris & sancte Romanæ ecclesiæ opibus atq; au-

xilijs iuuare constituimus: Deo  
hanc nostrā operam & actionem  
tribuentes, cuius numen hono-  
remqp defendimus. nec uolumus  
cōmittere, ut si lente negligenterqp  
nos geramus, is postea tot filiorū  
animas hæreticorū perfidia in in-  
teritū abductas, è nostra manu re  
quirat. Quem animū nostrum, et  
totam cōsilij nostri rationem, uo-  
luimus uobis dilecti filij, nostris  
literis facere notam. Primū ut  
uobiscū, tanquam cum eis quos  
charissimos habemus, curas et sol-  
licitudines quæ nos premunt,  
communicaremus: deinde ut uos  
etiam hortaremur, ac rogaremus,  
ut animis pijsqp uotis & uolunta-  
tib. uestris nobiscum esse, hoc est  
cum Deo & cum Christiana reli-  
giōe uelletis. Nam cum multa de  
uobis eximia & præstantia facta  
possint

possint cōmemorari, nullū tamen  
futurum est prestantius, q̄z hoc, si  
cum Deo ueterem coniunctionem  
& amicitiā, quam maiores uestri  
sancte coluerunt, aut seruaueritis,  
aut recōciliaueritis; si sedi Aposto  
lice, que uos semper illustrare atq;  
ornare conata est, pristinum ue  
strū amorem & cultū reddideri  
tis: si nobis, qui uos paterna dile  
ctiōe psequimur, in hac dicta cau  
sa iuuanda & pmouenda, uestra  
studia uestraq; auxilia adiunxeri  
tis. Que omnia ut cū uestro sum  
mo commodo & utilitate fiant, et  
Deū omnipotentem, et uos ipsos  
chariss. filij omni studio rogamus  
atq; cohortamur. Datū Romę a  
pud sanctū Marcū, sub annulo  
piscatoris, die 3. Iulij. 1546. Ponti  
ficatus nostri anno duodecimo.  
Blo. el. Fulginn.

Exem.

EXEMPLVM EPISTOLAE  
Pauli III. Pont. Romani ad Episcopos & Ab-  
bates aliquot Heluetiæ.

PAVLVS PAPA III. &c.

Venerabilibus fratribus, Sedu-  
nensi & Curiensi episcopis:  
ac dilectis filijs, sancti Galli, & san-  
cte Mariæ de Valle, nec non san-  
cti Urbani, & alijs Abbatibus, in  
Heluetiorum, & suorum confœ-  
deratorum dominio commoran-  
tibus, salutem, et Apostolicam be-  
nedictionē. Cūm omnes Chri-  
stianitatis prælatos ad uniuersale  
Concilium Tridenti indictū, pro  
nostro, illorumq; officio studiosè  
cōuocamus, et cogimus: tum uos  
precipue ecclesiam Helueticam re-  
ferentes, cuius nationis populos  
tanquam peculiares sedis Aposto-  
licæ filios, & libertatis Ecclesiasti-  
cæ defensores, speciali amoris no-  
stri

stri prærogatiua complectimur.  
Iccirco à uobis tanto studiosius  
excipi, & ad effectū deduci debet,  
quanto ipsum Concilium aper-  
tum, celebrariq; cœptū, Gallicis  
& Hispanis ac Italīs prelatis, &  
Iijs indies cōfluentibus, frequens  
iam est: ita ut uos subpudere pos-  
sit, tam uicinos, tam longinquis  
in conueniendo fuisse pigriores.  
Quod autē uestra natio non par-  
ua sui parte infecta hæresibus, re-  
medio ipsius Concilij magis indi-  
get, nulla in uobis mora quam  
primum conueniendi esse debuit  
set. Quam nunc tarditatem, celeri-  
debetis diligentia cōpensare. Itaq;  
remittens istuc dilectū filiū Hiero-  
nymū Franchū, nunciū nostrum,  
has ei ad uos dandas, iterataq; mis-  
sione uos monendos ac hortan-  
dos duximus, Apostolica autori-  
tate,

tate, tenore præsentium monemus  
& hortamur, ac in uirtute sanctæ  
obedientiæ, & sub uinculo iura-  
menti in uestris promotionib. pre-  
futi, cæterisq; sanctorum Cano-  
num districcionib. uos urgamus,  
ut quātocyus, et omni mora post  
posita, ad dictum Conciliū profi-  
cisci, ibiq; ad pacem uniuersalem,  
sanationemq; et unionem uestro-  
rum populorū inter cætera omni-  
bus studijs intēdere debeat, im-  
pleturi uestrum officium, et nobis  
post Deū, rem gratā & acceptam  
facturi: sicut idem Hieronymus  
nuncius hæc latius explicabit, cu-  
ius uerbis plenā habebitis fidem.  
Datum Romę, apud sanctum Pe-  
trum, sub annulo piscatoris. Die  
XI. Aprilis. M.D.XLVI. Pont. no-  
stri anno duodecimo.

Blosius Electus Fulgin.

Auscul-

1597 38<sup>o</sup> (hoort bij dl. 1)

Auscultata & collationata est haec  
præsens copia à suo uero originali, ni-  
hil additum, nec immutatum . quod  
attestor ego Albertus Rosyn Tiguri-  
nus, clericus Constantiens. dioecesis  
publicus & Apostolica & Imperiali  
authoritatib. notarius, & in Archiufo  
Romanæ Curiæ descriptus & matri-  
culatus: in fidem manu pro-  
pria subscriptus.

Ita attestor idem Albertus Rosyn  
manu propria.

F I N I S.